xi. ff. §. proxi. verum quod dixi non valere intelli/
ge nisi diuersitas illico complacuerit. vt in. §. cuꝫ
adijcit. potes dicere quando diuersitas inter res/
pōsionē ꝛ interrogationē inducit diuersitatē in re
vel q̄litate obligationis vitiatur stipulatio. et ad
hec dicta restringuntur omnia predicta membra:
1 Mistum quod comprehendatur sub simplici.
2 Potestas legitimandi spurios. Item incestuosos
alicui concessa quod potest legitimare spurios ꝛ
incestuosos.

Stipula

Stipulationum.

Glo. cōtinuat legē ꝛ si bn̄ aduertis
cōtinuatio nē. glo. diuidit legē pre/
cedētē. ¶ Opponitur ꝛ videtur qd̄ stipu
latio cōsistat in verborū expressione: vt. l. j. ff. eo.
titu. ff. in princ. nō in dādo. Solu. dic in dādo. i.
in ꝑmissione dādi. ¶ Scdo oppo. ꝛ videtur qd̄ ista
diuisio nō sit perfecta. qꝛ q̄dā est stipulatio q̄ cōsi
stit in dādo ꝛ faciendo. vt. l. cuꝫ seruus. ff. de ꝯdi/
1 tio. ꝛ demon. Glos. sol. sic not. † ꝙ sub simplici/
bus cōprehenditur mista. ꝛ ita habetur insti. de actio.
§. omniū. ꝛ p hoc. ff. de libe. ꝛ posthu. l. si ita. ꝛ d
2 here. insti. l. si ita. §. j. et. l. clemēs. Et illud † indu
cebatur ad. q. disputatam bonon̄. papa concessit
legato vt possit legitimare spurios. Itē incestuo
sos. modo quidā erat spuriꝰ ꝛ incestuosus an pos
sit legitimare. et videtur ꝙ nō: qꝛ mistū est species
per se: vt. l. adeo. §. cū q̄s. de acquirē. re. do. Sed
illa nō facit: qꝛ ibi mutatur rei substātia hic nō sed
remanet. sꝫ si sunt q̄litates plures sub vno: allega
tur qd̄ debet cōsiderari potētiꝰ: vt. l. generaliter.
j. d fideiusso. ita hic inspicimꝰ incestū: qꝛ semper
mihi consanguineus fuit: ex tp̄e vero fuit matri/
moniū ideo incestuosus diceretur. istud est nihil di
cere. qꝛ hic sunt qualitates miste q̄ possunt simul
esse: secus in. l. generaliter. vt. l. si adulteriū cū in
cestu. j. de adul. Itē allegatur. l. seruis. §. si alij. ff. d
lega. iij. sed nihil facit. determinari pōt per iura
ff. allega. s. per dictā. l. si ita. de libe. ꝛ posthu. vbi
dicitur qd̄ bm iuris rigorē sub simplicibꝰ nō cōti/
netur mistū: sꝫ ex benignitate sic: vt ibi cū ğ q̄stio no
stra loquatur in beneficijs fiat largissima interpre/
tatio: vt. l. fina. ff. de cōstit. princi. Itē sub simpli/
cibus continetur mista causa euitande cōtrarieta
tis vt hic. Iteꝫ vbi lex hoc exprimeret vt i. §. oīꝫ.
ꝛ sic extra hoscasus dispositio facta d spurioꝛ in/
cestuoso separatim non porrigeretur ad casū in
quo esset simul īcestuosus ꝛ spurius: vt. j. d adul.
a l. vim passam[a]. §. prescriptione. vbi ē casus. facit
l. tutoreꝫ. ff. de his quib. vt indig. ¶ Oppo. quod
nō sit bona diuisio. quia quedā est stipulatio ī nō
faciendo: vt. j. §. itē si ī facto. sol. vt in glo. ¶ Ex
tra glo. oppo. qd̄ illa diuisio non sit bona cū obli
gatio dandi cōtineatur sub appellatione faciēdi:
vt. l. in facto. ff. de condi. ꝛ demōstra. sol. ibi ponitur
obligatio facti large et largissime: hic stricte.

1 Stipulatio vsufructus quod sit facti
2 Stipulatio operarum qd̄ sit diuidua.
3 Stipulās viā vel aliā seruitutē dicitur stipulari ius
et factū ꝛ agēdo ex stipulatione agit ad factum.
Agens cōfessoria vel negatoria p seruitute dicitur
agere ad ius. et patientia venit officio iudicis.
4 Natura oblōnis dādi q̄ sit: ꝛ q̄ faciendi, remissiue.
5 Unus ex heredibus promissoris hominis in ge/
nere si soluit partem suaꝫ in sticho an liberetur ꝛ
qualiter agatur contra alios: remissiue. nu. 9.
9 Solutio partis in obligatiōe generis vel alterna
tiue anꝛ quādo faciat obligationē esse in pēdēti.
Obligatio generis ꝛ alternatiue quod sint eiusdē
generis quo ad quedam.
8 Exercitium obligationis alternatiue quando

est soluta pars respectu solutorium
dicitur esse in pendenti. In obliga
tione generis nullus certus est ī ob
ligatione sed determinādus per so
lutionem sic.

Et harum omniū.

Iste §. est notādus multū. primo lo
quitur in stipulatiōe q̄ cōtinet diui
duū in natura ꝛ effectu. scdo de sti
pulatiōe q̄ cōtinet indiuiduū simpli
citer. tertio de ea q̄ cōtinet diuiduū
natura: sꝫ īdiuiduū effectu. scda ibi
q̄dā nō recipiūt tertia ibi: q̄dā par
tis. Et breuiter hoc intēdit stipula
tio dādi ē diuidua natura ꝛ effectu:
sꝫ stipulatio seruitutis ē simpliciter
īdiuidua: sꝫ stipulatio generis ꝛ al
ternatiua ē diuidua natura ꝛ īdiui/
dua effectu. h̄ dicit. Dicitur hic ꝛ ea
rum omniū ꝛc. innuit qd̄ stipulatio
facti possit eē diuidua. qꝛ. ff. posuit
de stipulatiōe que consistit in faciē
do. ꝛ hic dicitur ꝛ earum ꝛc. Con/
tra. j. e. l. stipulationes non diuidū/
tur. Solu. dicit glo. illud regulare.
sed qn̄q̄ʒ factū est diuiduꝫ vt in. §.
cato. ꝛ in. §. operarū. l. in stipulatio
nibus. j. eo. Itē in stipulatione vsus
fructꝰ. sꝫ ista sunt specialia. ita sen
tit gl. j. huius. §. ꝛ alia glo. posita su
per verbo viaꝫ. ¶ Item op. innuit
1 glo. † ꝙ stipulatio vsusfructus sit sti
pulatio facti. Contra. ff. d vsufruc.
l. j. vbi videtur iuris. glo. bene dicit
qꝛ vsusfructus est iuris. tm̄ tenetur
pacti quod est facti. vt. l. vbi auteꝫ.
§. qui id quod. j. eo. et j. dicam. Itē
opp. glo. innuit. ff. quod stipulatio
operaruꝫ diuiditur. ¶ Sed contra
hoc oppo. de l. libertꝰ. §. j. ff. d op.
libert. ꝛ. l. stipulatiōes nō diuidūtur.
§. j. Solu. glo. qd̄ volēte stipulatore

a ~ And. Pomate. ¶ L. vim passam. vide pulchrā q̄ōnē quā ad ꝑpositū ponit alex. ī. l. cetera. §. fi. ff. de lega. j. ꝛ vide consil. xvj. ī. ij. co. ad fi. vol. ij. ꝛ vide etiā Old. cxxviij. in. ij. col. in prin. ꝛ alc. cōsil. xxviij. col. ij. vol. iiij. ꝛ vnū verbū Feli. in. c. fraternitatis. col. vj. ꝟ. iteꝫ limita ex hisq̄ dixi. d testi. ꝛ ī. c. dilecto. col. ij. ꝟ. ꝛ ex istis habes. eo. ti. ꝛ in. c. pastoralis co. ij. d excep. ꝟ. dicit ab. ꝛ aliquid ēt, ī c. fin. ī pri. de except. in ij. colū. versi. fallit iiij. et in rub. de p̄/scrip. ī. vj. col. ꝟ. fallit. iij. ꝛ vide ēt ī. l. j. §. si vir. ff. ad sil. et Exp. ꝯsi. xix. ꝛ Roma. cccxiiij. col. iij. ꝛ anna. lxiij. ꝛ. cv. co. fi. anc. in. cap. canonū statuta. col. lxxxix. de ꝯsti. et alex. consi. lxij. vol. j. et are. ij. col. j. ad fi. ꝛ sequēti. ꝛ panor. ī. c. at si clerici. col. iiij. ī §. d adult. et ibi barba. ī x. co. et seq. de iudicijs. ꝛ tex. ī. c. statutū. et ī gemi. de illo. et ias. in lege. de liberis. colūna viij. post alios. C. de colla. et alexandrū consilio. xcvj. vbi querit an decretum quod loquitur in causis mortis habeat locum in causis appellationis. et consilio. lxxxij. columna. iiij. volumine. iij. vbi ponit an statutum loquens sub simplicibus det casum mistum. vide etiā Roma. iiij. vbi ponit an statutum dictans: controuersia inter personas vel vniuersitatem cōpromittatur. habeat locum vbi esset controuersia inter personam ꝛ vniuersitatem.

Andre. Pomate:

a ¶ Ius vel factū. hāc opi. bar. hic dicūt comunē rom. h. ⁊ hāc tenuit ad bart. i.l. si q̄s ꝓ emptore i.iij.q.pꝛicipali. i vsi. fallit i fi. ibi habet glo. &c.

b ¶ Doc. vltramont. A seruo tunc domino non acq̄rit. vt d.§.cū factū s3 cū stipulat fiendū ab aliquo ipsi dño acquiritur. and. barba.

c ¶ Gl. bene dicit. Adde q̄d idez vt refert Alex. tenēt ang. ⁊ imo h mullo addito: idez tenet Ro.p.l.rō. §.fi. ff.de act.empt. bal.i.l.corrup.C.de vsufru. q̄ ꝑ h alle. i l.vbi. §. fundi.j.e. ⁊ ipse alex. q̄ cū opi. gl. transit alle.tex.j. e.l.§. ite3 si in facto. in rē ager ne.⁊ tex. a nemine allegatū in l. qui vsu3 fructum. §.fi.ff. de vsuf. vbi si legaui tibi vsūfructū serui ⁊ heres me⁹ fuit i mora dādi seruū ⁊ sic nō fuit pstita patiētia vtēdi ⁊ fruēdi pōt agi ad iteresse q fieri nō posset si eēt obligatio dādi in q̄b⁹ rōne more nō succedit obligatio ad interesse.d.l.vbi.§.fi.q̄d secus est i obligationibus faciendi in quibus succedit obligatio ad interesse vt.d.l. stipulationes non diuiduntur.versic.celsus.

d Andre. Pomate. ¶ Si cer. pe. facit ⁊ bene. l. contra hic status. §.si sponsus. ver. siue autem.ff. de do. inter vi. ⁊ vxo. ibi pondero acceptilationē non ipsum ly. eius effectum.

diuiditur. hoc non est verum per.l. stipulationes non diuiduntur.j.eo. ideo q dat aliam solutionem. quia ibi quando duobus debentur opere. hic quādo vni. Glo. non bene soluit. q opera d se est induidua: vt l.iij.de ope.liber. tangetur in.l. in stipulationibus.§. operarū. Quid

2 dicemus? † dico quod imo potest diuidi. vt dicto.§.operaru3.⁊.l. libertus.§.j.superi⁹ allega. Si vero vis diuidere vnā operam.⁊ tunc nō potes nisi deuenias ad taxatione3 quātitatis. vt.l.in stipulationib⁹.§.operarum.⁊.l.stipulationes nō diuidūtur. primo casu dicitur h q recipit prestationem natura ⁊ effectu quid est hoc dicere.⁊ dic natura q est diuisibilis i effectu propter duo: q propter leg. xij. tabularum diuiditur: vt lege.j. C.si certum petatur. Item partis prestatio prestat liberationem in pte. ¶ Venio ad secundam particulam et aduertatis dicitur hic quod non recipiunt seruitutes diuisionem nec natura nec effectu. ¶ Oppo.ff.ad.l.fal.l.j.§.si vsusfruct⁹. solu.speciale in vsufructu.d hoc dicetur i.l. stipulationes non diuiduntur.j.eode3 ideo dimitto. ¶ Oppo.de.l. stipulationes nō diuiduntur.ij. responso.j.eod. sol. illud quando peruenitur ad prestationem interesse secus quando pre

3 statur seruitus. ¶ Quero aliquis † stipulatur viam vel aliquam seruitutem. an stipuletur ius vel factū: a ⁊ dicit glos. quod factum. Docto. vltramon. b insurgunt contra glo. ⁊ Pet. hic.⁊ Cy.in.l.corruptionē. C.de vsufru.circa prin. ⁊ dicūt q̄d stipulatur ius. vt.l. si seruus cōmunis meus ⁊ tuus.j.de stipu.ser.coniuncto instit.de stipu.ser.§. sed cu3 factū. Illud nō est verū q quādo seru⁹ stipulat factum fiendu3 a seipso nō acquirit domino: vt §. sed cum factū. Sed cū stipulat fiendū ab alio ipsi seruo: domino acquirit: vt.l. q̄d dicit.j. eo. verbi gratia promittis seruo q̄d sibi ire ⁊ agere liceat nō acquirit domino: s3 si ꝓmittis seruo facere domū: ⁊ tunc q illud factū venit explicādū a promissore nō a seruo stipulatore domino q̄ritur. Cōtra glo. facio vnā fortissimā rationē d.l. j. in fi. de ser. rustico.pre. vbi dicit q patiētia venit per offm iudicis: ergo nō est in obligatiōe: vt l. qui ꝑ collusione3.ff.de act.emp. ergo nō factū s3 ius vr stipulat⁹. Preterea.l. dicit q seruit⁹ est ius. vt l.j.de re.diui.⁊ insti.de re.cor. ⁊ incor.§. j. Preterea iuriscōsult⁹ hic videt dicere vsq ad §. itē si in facto. de obligationib⁹ dādi. ibi de obligationib⁹ faciēdi. ⁊ sic hic videt dicer q sit iu

c ris. Credo glo. bn̄ dicere c. ⁊ q̄ stipulat seruitutē stipulatur ius ⁊ factū. ius inquātū seruit⁹ debeat cōstitui: factū inquātū patiētia debeat prestari: vt.l.iij.post princi.ff. de vsufru.in ver.dare. Et ideo glo. que est in.l. corruptionē. bene dicit q̄d constituendo non liberatur: q etiam tenetur ad factum scilicet pati.⁊ sic remanet obligatus ad patientiā. idē not.j.eo.l.plurib⁹.§.j. ¶ Ad. l.j. in fi.ff.de ser.rustic.predi. dic q̄d quando agitur reali.s. confessoria vel negatoria tunc patientia venit iudicis officio non iure actionis. hoc est q̄d dicit glo.in.l.harum.si ser.ven.⁊ sic loquit i.l. j. in fi.ff.de ser.rustic.ꝑdi. S3 quādo q̄s agit ex stipulatione vel actione ex testamento tunc est i obligatione datio: hoc est constitutio seruitutis et patientia vt expresse dicit text. in dicta.lege. iij. §. dare.ff.de vsufruc. ⁊ sic glo. bene dicit. ¶ Que

4 ro † q̄ est natura obligationis dādi. ⁊ que est natura obligationis faciendi. gloss. hic tāgit dicā in l.stipulationes nō diuidunt. ¶ Venio ad tertia3 partē hic dicitur q̄d quedā sunt diuidua natura: sed induidua effectu. ⁊ sic stati3 repetunt cōtra l.si non sortē.§.si decem.ff. de conditio. indebi. Solu. de rigore incōtinēti potest repeti s3 de eq̄tate est in pēdenti. ⁊ hoc dicūt due glo. parue h posite. ¶ Venio ⁊ intro glo. mag. et a diuisione oppo. solu. vt in glos. ¶ Oppo. secūdo si nō liberatur. ergo &c. dico quod inter esse obligatum ⁊ non obligatum est medium scilicet cessatio obligationis ad tēpus. ⁊ sic est in pēdenti. ¶ Videamus q̄d vult dicere illa glo. nō est obligatio: sed obligatio cessat. ¶ Quero an cesset obligatio vl executio exactionis. glos. hic ponit verba improprie. Dic meli⁹ quādo q obligatio semel fuit nata: sed ex aliquo casu dicit in pēdenti: vt in casu nostre legis. et tūc exactio est in pendenti nō obligatio: quia durat: vt. l. pecuniam.ff.si certu3 petatur. vnde cum hic actio ⁊ obligatio esset semel nata: propter solutionem partis non est in pendenti obligatio quia durat: vt.l. pecuniam.ff. si

d certum petatur d. sed est in pendenti exactio ratione futuri euentus. Quando q ab initio obligatio nō est nata sed est in pēdenti. ⁊ tunc natiuitas obligatiōis pēdet ꝓpter spē q̄d nascat vt. l. iter stipulā tē.§. sacrā.j.eo. Ostēdo q̄d glo. ista dicat male

male ⁊ contra.l.si stipulatus.§.fina.j.de solu. nam si debes hominē in genere ⁊ soluis partē Stichi. totum potest peti. ⁊ sic non est in pendenti obligatio nec exactio. Solu. dicit Dyn. q glo. in oblig. generis male loquitur in alternatiua bene dicit ꝑ

a l.si non sortem.§.penul.ff.de condi.inde. et bene a dicit Dyn. Et est ratio quia in alternatiua vtraq est in obligatione. ⁊ ideo soluendo Stichū soluit partem eius quod est in obligatione. sed in stipulatione generis nihil est in obligatione: vt.l. cum incertus.ff. de lega.j. ¶ Sed contra hoc videtur hic tex. quia exactio in obligatione generis dicit esse in pendenti sol. quod dico in obligatione generis dico quod non est in pendēti obligatio quia potest exigi sicut primo: sed obligatio illa ex qua debet condici quod est solutū est in pendenti vtrū nascatur. valet igitur obligatio: ⁊ conditio indebiti pendet: ⁊ hoc est q̄d dicit text. hic aut in pendenti &c. Istud dictum videtur falsum. Et pro de

5 claratione formo †. q. positā in glos. Plures sunt heredes vnius ꝓmissoris hominis in genere. vn⁹ soluit partē suā in Sticho: an liberatio cōtingat. vide glo. q̄ hic dicit quod sic: gl. ista est contra precedentem determinationē vbi in obligatione generis in pendenti est obligatio. sed dictum glos. verum est in heredibus promissoris: sed quod dixi primo est verū in ipso promissore. hoc dicit hec glo. licet non probet. sed quod heredes non liberentur videtur casus.j.proxi.§. ex his.⁊.j.ea.l. in executione.§. pro parte. Dic quod heres respectu presentis status liberatur. hoc est exercitium actionis contra eum impeditur donec alij conueniantur. ⁊ ita intelligit glo.in.d.§. ex parte. l3 contra ipsum principalem exercitiū non impediret. si autē glo. intelligeret quod vere statim liberaret. male diceret. et.l. qui hominē.j.accep. de quā allegat glo. nihil facit vt dicā statim.in.§.si tamen hominem. ⁊ ratio differentie inter heredes ⁊ ꝑncipalem promissorē potest esse q quando vnus heres soluit partē quā d3 totum soluit q̄d debet: sed ꝑncipalis promissor nō soluit totū quod debet ideo non videtur in pendenti obligatio. pro hoc facit

6 j.§.cato.in fine. ¶ Reassumo † ergo breuiter. cū queritur vtrū in obligatione generis vel alternatiua partis solutio faciat obligationē esse in pendenti vel non: sic distingue. Aut queris vtrū sit in pendenti obligatio vel liberatio ad repetendum solutū. ⁊ est in pendenti vt hic. Aut queris vtrū sit in pendēti obligatio. i. quo ad substātiā ipsius: et nō est in pēdenti. vt.l. pecuniā.si cer.peta.⁊.l. si nō sortē.§.si decem.ff.de condi.inde. Aut quo ad exercitiū. ⁊ tunc aut precessit obligatio alternatiua. ⁊ est in pendenti. vt.l.si nō sortē.§.si decē.ff.de cōdi.inde. si obligatio generis precessit: ⁊ tūc aut loqueris in principale ꝓmissore. ⁊ tunc nō est in pendenti sed statim pōt exigi. vt.l. si stipulatus.§.j.j. de solu. Aut loqueris in pluribus heredibus promissoris ⁊ est in pendēti vt hic in glo.⁊.j.eod.l. in excutione.§.ꝑ parte. q̄d intellige si vn⁹ soluit totū q̄d d3. secus si partē ptis quā d3. q esset idē q̄d in ipso principali. ¶ Procedo vlteri⁹. tu dicis q̄d heres soluit totū q̄d d3 ⁊ tn̄ nō est perfecte liberat⁹. Cōtra insti. qui.mo.tol.obli. in ꝑn. Solu. hic nō soluit prout debuit q est dubiū ne ali⁹ soluat in alio hoīe.

7 Opp. fm † Dy. ⁊ videtur quod stipulatio generis et alternatiue sint eiusdem generis. sed cōtra q in alternatiua vtrūq est in obligatione a vt.l.illud aut illud.ff.de cōsti.pecu. ⁊.l.si duo rei.j.e. in obligatione generis nullū est in obligatione vt.l. cū incertus.ff.de leg.j. Dy. dicit q̄d eiusdē generis ⁊ cōditiōis sunt quo ad q̄dā. ⁊ idē dicit glo.in.l. cū is.§. fi.j.de cōdi.inde. ¶ Itē opp.de.l.si stipulatus.§.j.de solu. Solu. ibi hō certus debebat. ¶ Op.j.§.si tamen hoīem. sol.in glo. dic vt ibi dicam. ¶ Quero q̄d si alter heres nō vult soluere i eodē hoīe. gl. dicit q̄d fiet cōdēnatio in estimatiōe &c. dicā.j.ꝓxi.§.

8 ¶ Quero dixi † q aliq̄n exercitiū obligationis alternatiue est in pēdēti. vt si debes decē aut Stichū ⁊ soluis quinq vt in.§.si decē. Quid est illud q̄d est in pēdēti. Rn̄. exercitiū respectu illoꝝ quinq solutorū. b vnde possum agere ad q̄nq aut ad Stichū. ita intelligo.§. si decē.

9 ¶ † Quero dixi q̄d si vnus ex heredibus soluit partē suā in obligatione generis q̄d ꝓ illa parte est in pēdenti: qualiter agā ꝯ alios. dic vt in l.executiōe.§. pro parte ⁊ ibi dicā.

10 ¶ Sed q̄ro † in obligatione generis q̄d est in obligatione. vna est gl. de leg.ij.l.meuius.§.duob⁹. sup ver. hoīes cōtinet &c. q̄ dicit q̄d in obligatione generis nullus est in obligatione sed oēs in solutione. idem no.in.l.cū is.§.fi. de cōdi.inde. istud nihil est dicere ꝑ.l.cū icertus.de le. j. q si nullus est in obligatiōe: ꝑ solutionē ei⁹ q̄d nō est in obligatione nō tollit obligatio. ⁊ hic vult q̄d tollat obligatio vt.l.⁊ ꝑ iusiurā.§.si is qui hoīe3.j.de accepti. Quida3 hoc volentes sustinere dicunt q̄d ipsum genus est in obligatiōe nō aliq̄d indiuiduū per se. Sed illud est truffa. q genus ꝑ se sumptū est q̄dā imaginatio q̄ nō est in cōmercio nostro. ergo nō est in obligatione vt in ꝑn. insti.de inuti.stipu. Iaco.de are. voluit dicere q̄d quilibet est in obligatione sub conditione si soluat: vt.ff. qui ⁊ a quib.l.iij. Sed istud est truffa q si nullus est in obligatione nisi cōditionaliter ante cōditione3 non posset agere. vt.l.cedere diē. de verbo.signi. Preterea si decederet legatarius nō transmitteret b ꝯ.l. heredes.§.si icerto.ff.fami.her. Quid

a ¶ Bene dicit Dy. adde fm Alexan. quod idez tenet Ray. Ange. Imol. Paul. de ca. sed pe. Cy.⁊ Ro. in obligatiōe alternatiua discrepant ab opini. Bar.

Andre. Pomate.

b ¶ Nō trāsmitteret. breuiter q trāsmittatur legatarius oīs i genere: facit.l. nec semel.ff. q̄n di.leg. ced. ad materiā etia3 huius.§. vide aliq̄d ꝑ Ancha. in.c.peccatum.colū. xxviij. de regu. iur. in.vj.

a ~ Andre.Poma.¶Cõtra.§.de. pro quo etiam facit tex.in.l.pompo.la.ij.in fi.volens ex qualitate personarum condemnationem moderari.

b ~ Andr.Pomate. ¶Melius q̃ Pe. est iudicio meo verum.nam conditio obligationis initiatur ex psona heredis etiã in detrimẽtum creditoris.si enĩ debes centũ nõ peteris soluere quinquaginta. debes soluere tota centũ si vis liberari.l.tutor.§.lucius.de exordijs. et cum decesseris relictis duobus heredibus vnus partẽ soluendo liberatur.l.j.C.si cer.pet.l.si testamento.§.j. de fideicom.et tenet bar.j. ibi pro dclaratione dum refert opi. Pe.& alle. d.l.si testamẽta quãq in solutione partis nõ:imo sit damnũ l.plane.§. fami. her. et sic contra sol.pe.

dicemus: dico qd glo.in.l. meuius.§.duobus.vers.homines.in fi.mag. glo.dicit verũ.qr nullus est in obligatione certus & determinatus sed determinãdus per solutionẽ. & ille qui soluet ab initio fingit fuisse in obligatione. est ergo obligatus de presenti ad dandũ vnũ:sed ille vnus an sit hic vel ille pendet ex futuro euentu. & hoc vult dicere illa glo.l. cũ incertus.de lega.j.&.l.iij.§. qui & a qui.qr nõ est cditio pprie q̃ suspẽdit pprie obligationẽ. sʒ hʒ speciẽ cõditionis:qr in.l.iij.§. qui & a qui. est dictio quodãmodo. q̃ est nota improprietas vt.l.si me in vacuã.§. de acqui.pos.hoc modo dʒ intelligi in l.si pãphilo.&.l.hoie de op.leg.aliter si esset cditio,pprie:lʒ tacita suspendet obligationeʒ sicut expressa. vt.l.item quia.§.de pac.& glo.& ibi ideo non potest agere.

1 ☞ Obligatio non mutat cõditionẽ ex persona heredis sed condemnatio moderatur.

2 Actio negotiorũ gestorũ qd cõpetat pro his que fiunt ex voluntate. Actio fami.her.competit pro his q̃ fiunt ex necessitate.

3 Obligatio personalis diuidit inter heredes:sed id qd est in conditione nõ:& ideo pena pro solido cõmittit nisi solidũ soluat respectu eius qd est in stipulatione penali quod dicitur esse in conditione.

4 Minor pars si ctradicit maiori qñ stetur dicto maioris partis vel minoris.

5 Si vnus ex pluribus heredibus pmissoris obligationis in genere soluit ĩ Sticho alij dissentiãt quõ subueniat creditori c ipsos heredes.

Qñ plures discordãt ad preiudiciũ tertij iudex põt eos cogere ad concordiam.

6 Qñ plures heredes discordant qñ cogant p iudicẽ vt eis consulatur.

7 In obligatione generis vel alternatiue si decedit stipulator pluribus heredibus relictis & nõ cõcordãtibus qualiter succurratur.

8 Unus ex heredibus promissoris in obligatione generis de necessitate cogitur soluere totũ creditore non volente recipere partem.

Creditor obligatiõis gñis nõ cogitur partẽ a3 vno recipere nisi alij heredes cõsentiant in alijs partibus eiusdem hominis.

9 Creditor qñ agit cõtra vnũ ex heredibus ad seruitutẽ insolidũ & est cõdẽnatus in executione nõ liberat heres conuentus nisi soluat estimationem.

10 Actio ad interesse intentata pro seruitute datur pro hereditaria portione.& sic

Interesse qñ principalr petit censetur diuiduum.

11 Si vnus ex heredibus stipulatoris agit insolidũ ad seruitutẽ & deuenitur ad excusationẽ super interesse non prestatur nisi pars.

12 Plures heredes in obligatione indiuidua an dicantur duo rei ex quo quilibet tenetur insolidum, remissiue.

13 Seruitus potest pluribus insolidũ constitui.

14 Sententia lata pro vno ex pluribus heredibus agenti ad seruitutẽ constituendã actione personali non prodest alijs:secus si egisset actione confessoria ad constitutam.

15 Sententia lata contra vnum ex pluribus heredibus pro seruitute non nocet alijs.

Ex his igitur stipulationibus.

In obligatiõe diuidua natura sed indiuidua effectu: si sunt plures promissoris heredes quilibet tenetur pro parte:sed partis prestatio liberationem non prebet : sed in obligatione indiuidua omnimoda heredes promissoris tenentur insolidum:& heredibus stipulatoris insolidum actio cõpetit. hoc dicit. Diuiditur in tres partes. primo ponit vnam illationem vsq ibi:& ideo.secũdo ponit aliam vsq ibi:ex quo. tertio ponit aliam vsq ad.§. si tamen. Item prima subdiuiditur in duas scilicet dictum et rationem.secunda in duas scilicet dictum et determinationem qõnis circa illud. tertia in duas: scʒ dictum et responsionem tacite obiectionis.partes patent.Examinemus istas illationes p particulas. In prima dicit q ex psona 1 heredis non mutatur &c.Contra[a].C.de priuil. a dot.l.vnica.glos.soluit non mutatur cõditio obligationis sed condemnatio moderatur dicit Pet. non debet mutari verum est ad commodum alterius sed ad commodum creditoris sic.gl.dicit me b lius q̃ Pet.[b] quia ibi erat ex priuilegio persone: ideo est quod mutatur qr personale:vt.l.qr personale.§.solu.matri.sed qualitas obligationis non mutatur.¶Op.de.l.legatarius.§. de leg.j. Sol. glo.hic passiue:ibi actiue.& vult dicere q ex persona heredis promissoris non mutatur. sed ex psona actoris mutatur.Sed ista sol.non videtur vera per illationẽ in tex.primo factam: quia idẽ est in heredibus promissoris & heredibus stipulatoris.In cõtrario sol.glo.qd ibi in diuiduis: hic in indiuiduis.Dy.nõ videt tenere istã sol. et dicit q ibi alterius partis non interest: imo sibi prodest: hic partis interest : et nihil sibi prodest. Pet. dat aliam solu.conditio nõ mutatur respectu rei que est in obligatione vt hic:sed alio modo bene recipit mutationẽ:qr obligatio inter heredes diuiditur.& Cy.refert verba Pe.in.l.iij.C.de nego.ge. & hoc tenet Jac.de are.hic:& dicit cõditio obligationis.i. vtilitas rei qui est in obligatiõe. Omnes solu.

solu.sunt bone:& solu. glo.bona: qr aliud in diuiduis: aliud in indiuiduis . & que est ratio istius qd dicit Dy. quia in diuiduis nõ noceret stipulatori. in indiuiduis sic:declaratur per solutionem Pet. & Jaco.¶Oppo.de.l.eadem.§.fi.j.eo.Sol. vt ibi videbitis:quia ibi quando deuenit ad estimationẽ a partis : als secus . ¶Pro declaratione huius.l.[a] formo vnũ ctũ.& opp.§.eodẽ versi.& harũ. vbi dr in gl.ij.q quando decem sunt in obligatione:partis prestatio liberat heredẽ sed defunctũ non libe 5 rat.& sic loquitur.l.tutor.§.lucius.§.de vsur. Quidam huius timore dicunt concedo oppositũ q nõ liberatur prestando partem.Pet. tenet cõtra hoc in.l. iij.de nego.gest.C.& dicit q ibi est casus cõiungendo.l.heredes.§.an ea.melius in. §. si vnus. 2 §.fami.hercisc. inducendo hoc modo ✝ ea que fiunt ex necessitate veniunt in actione famil.hercisc.& ea que fiunt ex voluntate veniunt in actione nego.gesto.sed in dicta.l.iij.heres vnus soluendo totum habet actionem nego. gesto.ergo nõ tenebatur soluere.sed casus est melior in. l.si testamento.§.j.j.de fideiusso.Respondeo.ad legẽ istã qd hic loquitur in obligatione que est indiuidua effectu.ibi vero diuidua omnino . & est ratio:quia hic si esset liberatus & mutaretur hic fieret solutio in alia quam tenebatur defunctus : quia vnus soluit partem vnius rei & alter alterius. & sic contingeret mutatio respectu rei:quod defunctus nõ potuit.secus quando est diuidua.vt quantitas. qr illã prestant plures heredes quam defunctus prestitisset.Nec contingit mutatio respectu rei. vt qr id defunctus debuit.sed illud vr c.l.stipulationũ. 3 §.fi.j.eo.Hic ✝ debes scire q obligationes personales diuidũt p.l.xij.tab.vt.l.ea que.C.fami.her. &.l.j.C.si cer.pe.vnde si teneris ad cẽtũ & haberes duos heredes vnusquisq teneretur ad quinquaginta.Item illud quod est in cõditione:in persona heredum non diuiditur.vt.l.cui fundus.in fi.§.de cõdi.& demon.sed illud quod erat in obligatione respectu stipulationis penalis est in conditione.Cũ ergo conditio non diuidatur inter heredes: pena committitur pro solido nisi solidum soluatur . Sed quantum ad ipsum principale debitum solutio partis liberaret pro parte vt plene videbimus. b j.§.cato. ¶Glossa querit[b] quid si vnus consensit 4 in soluendo hominem:alij dissentiũt.Glos.dicit ✝ quod statur dicto maioris partis . Sed illud non c est verum.[c]tunc enim statur dicto maioris partis quando sunt communia pluribus vt vniuersis. secus si pluribus vt singulis.vt in casu.l.maiorem.§. de pactis. Tangit Dy.in.c.quod omnes.extra de regu.iur.lib.vj.&.l.quod maior.j.ad municipa.l. si autem plures.de aqua plu.arc.& ibi de hoc dicam. Transit glo.ad aliam so.& aliam glo.habetis in.l.in executione.§.penul.in fi.mag. glo.j.eo.tit. vbi ponit duas sol.que est ergo verior.& Oldr.dicit quod ista est vera:illa non.Ray.concor.videbatur illas glos. hoc modo. Quandoq maior pars contradicit minori.& tunc loquitur ista glos.quandoq sunt in pari numero.& tunc cogeretur consentire officio iudicis vt in.l.contra. Sed nescio quo iure istud probetur.dic qd primo debet cõsiderari qualiter subueniatur ipsi creditori contra heredes . secundo qualiter consulatur heredibus inuicẽ.¶Circa ✝ primum dic q si quidẽ ante sententiam constat iudici heredes debitoris dissentire potest eos iudex cõdemnare in pecuniam ad petitioneʒ creditoris:vt nota. supra proximo.§.in glossa magna . Item facit quod nota.§.de actiõe empti.l.j .i princip.Item si iam facta esset condemnatio ad ipsum hominem & heredes dissentirẽt posset fieri executio in estimatione eadeʒ ratione. vt j.statim videbitis in ver.sed quo casu.argumento eius quod no. j . eodem.l.eum qui certarum.§. primo. et.l.si seruum.§.fi.Item posset petere actor vt iudex cogeret eos ad concordiã.quia quoties plures dissentiunt ad preiudicium tertij possunt cogi ad concordiã per iudicẽ. vt.l.huiusmodi.§.finali .de legatis 6 primo.¶Circa ✝ secundum dic primo quod nõ est vera ista opinio qd stetur dicto maioris partis vt dixi. Item non est verum quod vnus coheredum possit petere quod per iudicẽ cogant csentire. qr qñ plures dissentiunt ad ipsorũ incommoduʒ d cessat officium iudicis [d] vt. l . quoties.de vsufr .& de serui.rustic.pre.

a ~ Andre.Poma . ¶Pro declaratione huius.l. & ponit quid Dyn.dubitat duabus de causis. & primo quia legatum est indiuiduum. l.nomine. §.de lega.ij . quia hec.l. loquitur in diuiduis:tamen vt mihi videtur ne quicq propter hoc est motus ipse Dyn.qr legatũ sit in diuiduũ p separationem tamẽ oblata est dimidia pter.l. xij. tabu. l. ea que est.C. fami. her. l. j . si cer. pet. & hoc lʒ loquit de obligatione diuidua tamẽ nõ loqtur d ista que diuidit natura nõ effectu i.iiij. no.adnitur pars sol.§ . harũ.§ .tab.

b ¶Gl. querit. vid gl. notabilem in. c . cum omnes. de consti. ~ Andreas Pomate.

c ¶Non est verũ.põt & alia rõne ostẽdi q dictũ glos.non possit pcedere:qr dato q staret dicto maioris partis adhuc tñ nõ esset plene puisuʒ:qr posito q nõ eẽt dare maiorẽ partẽ vt puta qr esset datio : tñ heredes vel si plures tñ ab vtraq pte remaneãt et hoc casu manet remediũ cũ nõ sit vniuersale sʒ an vbi dat maior pars possit pcedere : tñ huic obiectiõi ita iudicio meo respõdendũ. & tenẽdo gl.dicit nõ solũ dʒ csiderari ex numero maior pars sʒ etiã ex cumulato partiũ heredis sicut ĩ simplici videmus & debemus csiderare de debiti cumulato.l.maiorẽ.§. de pac.& isto casu cessaret csideratio.& gl .bñ diceret qr posito q Sempronius cui legatũ esset hoc incertũ decederet relictis pluribus heredibus q̃s ex diuersis portionibus ĩstituisset certe tũc staret illis q̃ eẽnt ĩstituti d ampliori portiõe vt est tex.ĩ.l.sacimus.§.senatus amplioris.C.de dona.& voluit Bar. in.l.fi.in prin. C.com.de leg.aduerte tñ q hec solutio cfundit rõne qua cõfundit opinio gloss.vnde cogita et vide text .in.l.que sunt cautiones . §. fami.her.

d ¶Officium iudicis.adde scdm Ange. et Bald.vt

refert & sequitur Alexã. quod hic fallit nisi iudex videat imminere periculũ scandali: q2 tunc potest eos cõpellere ad concordiã arg.l.equissimum. s̃. de vsufr.&.l.congruit.s̃.de offi.presi. & etiam dicit Ang.ꝙ si res de qua contendit̃ non potest cõmode diuidi p partes & in vsu rei partes sunt discordes tunc recurrendum sit ad remedium diuisorium diuidendo iter partes vsuz alternis temporibus allegat.l.lucio.de aq̃ quoti. et esti. & per hoc etiam ꝙ si plures habẽt iurisdictionem in castro et discordãt in in vsu iurisdictiõis compellẽdi sunt diuidere vsũ per tempora.alle. not. dictũ Inn. in.c. prudentiã de offi.delega.in gl. que icipit nobis. Alexã. addit glo.xvj.q. iij. c.licet. quaz dicit Abb. reputarent no. in terminis istis in.c.fin.de re iudi. tu etiã adde qd̃ Bal.consi.cxxvij.lib.iij. dicit ꝙ valet arbitramẽtũ latũ ex abrupto cũ iudex videt partes ad arma paratas qualiter aũt plures fratres habẽtes iurisdictionẽ illa vti debeãt. vide Bar.cõsi.clxxxix.
a & Andr.Poma. ¶Ut.l.pro parte.Et meli⁹ facit tex.in.l.ij.s̃.eo.tit.de seruitu.

diorũ.l.itinere. licet glos. ibi aliter sentiat. Sed si adhuc nullus coheredum est passus damnum sed si timeretur pati possent petere vt forte dirimatur.argumen.l.finali.in principio.C.communia de lega. & quod nota.in.l.executione.§.finali.in gl. magn. Si vero alter passus sit iam damnum tunc recuperat a coherede de iudicio fami. hercis.vt hac glos. & tex.hic in versi.sed quo casu. ¶Sz
7 quero † in stipulatione generis vel alternatiua si decedat stipulator pluribus heredibus relictis & non concordent:quid iuris. Respon.si electio erat stipulatoris habes casum in.l.heredes.§.si incerto.s̃.fam.hercis.Si vero erat electio promissoris tunc res est expedita:quia potest offerre quod vult. Tamen si vni heredum vellet dare partẽ in vno homine alij partem in alio non contingeret liberatio:vt.j.de sol.l.qui hominẽ.§.j.vnde solutione facta pro parte vni eius respectu actio esset in pẽdenti donec alteri soluatur sicut.s̃.dixi in heredibus promissoris:quia iste recepit totum qd̃ sibi debetur. ¶Uenio ad versi. & ideo. Oppo. ꝙ impossibile sit vnum ex heredibus insolidum prestare seruitutẽ. vt.l. pro parte[a].s̃.de seruitu.quod tñ di
8 citur hic:sed quo casu &c.†Sol.iste ver.potest referri ad primaz illationem.s̃.de obligatione generis:vt tãgitur hic in glo.&secundum hoc habes hic casum ꝙ vnus ex heredib⁹ de necessitate in obligatione generis habet soluere totum. quod patet.quia potest repetere per actionem familie herciscunde.vt.l.heredes.§.si vnus.s̃.fami.herciscũ.nam licet actio & condemnatio fiat pro parte:tamen perfecte nõ liberatur soluendo par.puto tamen ꝙ creditor non cogatur alias recipere partem:nisi alij heredes consentiant in alijs partibus eiusdem hominis.vt l.in executione.§.pro parte.j.eo.&

hic.quia si creditor reciperet partẽm:cogeretur & heres qui solueret sponte agere negotiorum gestorum & cessaret familie herciscunde.Illud autez qd̃.s̃.proxi.§.fuit dictuz ꝙ pro parte soluta ab herede actio esset in pendenti: est verum in sponte recipiente.Alio modo legitur hic versi. ꝙ referat̃ ad hunc casum quando est indiuiduũ natura & effectu.vt in prima parte glo.& tunc ad contraria respondeo:ꝙ nõ cõstituit seruitutem insolidum:sed soluit estimationem insolidum. ¶Sed tunc oppo.quando deuenitur ad estimationem non tenet̃ nisi pro parte.ergo soluẽs solidum non soluit ex necessitate.quod tex.innuit dum dicit familie her
9 ciscunde. Respondeo:† quandoq; actum est contra vnum ex heredibus ad seruitutem insolidũ & est condemnatus: tunc in executione q2 nõ potest constituere seruitutem non liberatur nisi soluat
10 estimationem totius.ita loquitur hic.quandoq; † ab ipso initio formatur actio ad interesse:tunc datur pro hereditaria portiõe.vt.j.eo.l.stipulatiões nõ diuidunt̃.Et p̃dicta vera in heredib⁹ promis
11 soris:† sz si vn⁹ ex heredib⁹ stipulatoris ageret ad vnã insolidũ:& deuenire ad executionẽ super interesse.nõ prestaret̃ nisi pars. vt.l.heredes.§.an ea.fami.hercis.Rõ:q2 nõ eẽt equũ vt haberet pl⁹ debito:sz in p̃cedẽti casu stipulator ꝯsequitur totum qd̃ sibi debet̃ ab illo vno & ille repetit a coheredib⁹. ¶Nũc veniam⁹ ad ver. ex quo. dr̃ hic qd̃ plures heredes stipulatoris &c. Op.de.l.heredes.§.an ea.s̃.fami.her.Sol.vt in gl. ¶Alteri⁹ opp.de.l.p parte.s̃.de serui. Sol.qñ fundus vadit ad successorẽ p parte stipulatio extinguit̃ &c. vt ĩ gl. ¶Alteri⁹ op.de.l.si vn⁹.in fi.s̃.de ser.rusti.p̃dio. certe sm vnã lect.ꝯcor.sm aliam discordat:dic et
12 sol.vt ibi.Extra gl.in hoc versi.† q̃ro si sunt plures heredes stipulatoris q̃libet hz actionẽ insolidum & plures heredes pmissoris in obligatiõe indiuidua tenẽt insolidũ:an sint correi:& Ey. ĩ auth. hoc ita.C.de duo.reis.dicit ꝙ nõ:q2 ex natura rei dicunt̃ insolidũ obligati.& gl.videt̃ in. §. si tamen hominem.j.eo.& tex.s̃.de euic.l.rem hereditariã. et dicam.j.de duo.reis.l.j.vel in.l.reos. §. cum in tabulis. ¶Uenio ad ver.sed quidã.et quero qualiter debet intelligi.et glo.ponit duos intellect⁹: et sm vnum intellectum fit vna obiectio.et est responsio tacita non expressa. Et sm istam pone casum sic.videtur ꝙ ista stipulatio vitietur:quia deuenit ad eum casum a quo incipere non potest. vt cum per singulos non potest seruitus acquiri. et hoc quidam iurisconsulti cõcesserunt et male. vnde autor legis respõdit. difficile est ꝙ seruitus cõstituatur plurib⁹: quia oportet omnes cõsentire: al's non valet:vt.l.receptum est communia predi: cum simi.no.hic in glos.sed difficultas p̃stationis non vitiat obligationem: quia pro hoc non deuenitur ad eum casum a quo non potuit incipere.potuit eñi licet cum difficultate. ¶Secundo mõ legitur. oppo. et videtur ꝙ hec stipulatio vitietur quia reus non potest dare eandẽ seruitutem pluribus insolidum.et sic stipulatio vitietur tanquaz cõtinens impossibile:quod quidam concesserunt: sed iuriscõsultus autor legis dicit ꝙ illud est difficile

ficile reo sicut dar̃ mille marcas ei q̃ nõ hz. sz difficultas nõ vitiat obligationẽ: & ista fuit lec. Io.q̃ colligit̃ ex glo.ma. hic posita. tu tene primã pro
13 vera & bona.& precedẽs nõ est vera † quia pluribus põt seruitus insolidũ constitui:vt.l.lucio.s̃ de aqua coti.& esti.&.l.via.§.si.s̃.de serui.rusti. predi.
14 & sic non est difficile. ¶Uenio ad vnã †.q. glo.quilibet heredũ hz actionem insolidũ.vnus egit & obtinuit an poterit vti anteq̃ alij agant. Quidã ꝙ sic Io.ꝙ nõ.vide istã glo.que istarũ opi.est vera. & istud est difficile & per glos.nõ põt haberi intellectus.Et videtur qd̃ prima opi. est vera cũ in cõfessoria vnius victoria prosit alteri:vt.l. loci corpus.§.si fundus.s̃.si ser.vẽ. Sed illud in seruitute cõstituta:secus in seruitute constituenda.& ideo lz vnus egerit & obtinuit sibi p parte non põt cõstitui.ideo nõ põt ipse nec alius vti. Quod sibi nõ possit cõstitui:est casus in.l.pro parte.s̃.de serui. Quid dicemus: Ista glo. debet intelligi hoc mõ si quidẽ heredes sunt in discordia eis nõ põt ꝯstitui seruitus:vt.l.itinere.& ibi no.s̃.de ser.rusti.p̃dio.& null⁹ poterit vti cũ nõ possit ꝯstitui.& sic loquit̃ opi.Ioã.sed si ille qui dz seruitutẽ: vni vellet ꝯstituere p parte:non põt constituere: tñ ille cui est sic constituta non poterit phiberi quin vtatur:vt.l.per fundum.s̃.de serui.rusti.predi. & ita
15 loquitur opi.aliorũ.Pone † econuerso ad glo.qd̃ vnus succubuit:certe non nocet alteri.vt.l.si de communi.s̃.si ser.vẽ.& no.in.d.§.si fundus. & alteri accrescit.vt.s̃.cõmunia p̃edi.l.proprium.& perinde est ac si non sit ille qui succubuit.

Si tamen hominem.

Iste.§.legit̃ in gl.duob⁹ modis.& tertio sm Pe.& meli⁹ & sm suã lec.h.d. Per sñiam & acceptilationem vn⁹ ex heredib⁹ pmissoris qui tenebat̃ in genere põt liberari. ¶Op.s̃.ea.l.§.j.&.§.ex his. vbi vno ex plurib⁹ heredibus soluẽte nõ cõtingit liberatio obligationis.ppter qd̃ glo.dat duas lec. Una est qd̃ hic loquit̃ in hoĩe certo ĩ obligationẽ deducto.ibi ĩ gñe.& illa est in se vera per.l.si stipulatus.j.de sol.& eã tenẽt Dy.&glo.s̃.e.l.§.j.i glo. mag.sed nullum dubiũ poneret. Alio modo legitur.& loquitur in obligatione generis qd̃ interiz sit in pẽdẽti.sz ista est ꝯ tex.ibi pars dũtaxat &c. Preterea ista lec.non est bona per dictionẽ si tñ. q̃ ẽ aduersatiua superiorib⁹.vnde glo.dicit quod hic fuit solutuz stipulatori volẽti.vt no.s̃.e.l.§.j. Istud nõ est verum.q2.§.j.dz intelligi in stipulatore volẽte q2 inuitus non põt cogi accipere partẽ.vt.s̃.pxi.§.dixi.Quid ergo dicemus: Dic sm Pet.qd̃ ĩ obligatiõe generis nõ cõtingit liberatio per solutionẽ: sz p acceptilationẽ & sentẽtiã ꝯtingit p parte.Et rõ ẽ q̃ ponit̃ i.l.i executione.§.p parte.j.eo.& ẽ rõ ne ali⁹ heres possit soluere partẽ in alio hoĩe.qd̃ est absurdũ.partẽ eñi haberet in diuersis hoĩbus.sz in sñia & acceptilatiõe hec cessat iniquitas.q2 vnã partẽ tãtũmõ dz hr̃e.et p hoc habes intellectum.l.qui hominem. j. de acceptil.& sm hoc expone hic egero.et succubuero: licet glo.aliter dicat & non bene. sed ista ratione attenta dicas semper pro parte liberationẽ posse

contingere vbi non deuenitur ad illam iniquitatem. ¶Op.de.l.si ex pluribus .primo responso. j.de acceptil.glo que est hic dat duas solu.& quelibet est bona.vna quod ibi sunt duo rei:hic non: & scdm hoc dixi vobis.s̃.proxi.quod idem est ĩ re indiuidua in obligationem deducta et non sunt duo rei.& tene menti hanc glo. Querit gl. quid si acceptilatio fiat de vna specie in obligatione generis. Dicit quod contingit liberatio.vt.l. et per iusiurandum.j.de accep.§.si is qui hominem. sed secus in pactis.vt.l.si vnus. §.sed si generaliter. s̃. de pac.dic vt ibi.&.d.§.si is qui hominem.

1 ☞ In stipulationibus facti vno ex heredibus cõtra faciente committitur pena insolidum.
2 Interesse quando consideretur in stipulationibus penalibus.
3 Interesse in obligationibus facti: an sit:an vero ipsum factum.remissiue.
4 Pax an dicatur rupta quando est facta & promissum non offendere te neq; tuos & offenditur vnus ex heredibus stipulatoris.remissiue.
5 Si florentinus habet represalias contra pisanos ob delictũ vnius pisani & pisanus excutiatur florẽtie.an excussus agere possit contra illuz cuius occasione represalie fuerunt concesse.

Item si i facto.

Uidistis.s̃.d obligationibus iuris.& etiã aliqualr̃ facti.nũc ponit de obligatiõe facti mere & vsq; ad.§.cato.hoc intendit.Uno ex heredibus promissoris ꝯtrafaciẽte oẽs tenent̃ pro hereditaria portione.sed si vni ex heredibus stipulatoris cõtra fiat pro parte sua tñ stipulatio cõmittit̃ ad interesse. ad penam vero cõmittit̃ insolidũ lz alij agẽtes exceptione doli repellant̃.h.d. primo loquitur qñ vnus ex heredib⁹ promissoris contrauenit. secundo quando ventum est contra vnum ex heredibus stipulatoris. tertio distinctionez ponit. quarto rationem sue distinctionis assignat. quinto extendit ad aliam obligationem. secunda ibi:contra autem.tertia ibi:nam si penam.quarta ibi:in. l. idem.§.sed hec differentia.quinta in le
1 ge.eadem.in prin. ¶† Nota quod in stipulationibus facti vno ex heredibus promissoris contra faciente committitur pena insolidum. Item no. qd̃ vno ex heredibus stipulatoris &c. ¶Oppo. j.eo. §.cato rñdet glo. hic in factis indiuiduis loquitur.§.cato.loquitur in factis diuiduis. & istud cõtrarium tangit gl. mag.hic posita. ¶Oppo.s̃: ea.leg.versi. ex quo quidem. vbi quilibet heres stipulatoris habet actionem insolidum.Sol.quando agitur ad ipsum factum indiuiduum quilibet heres agit insolidum:vt in ver.ex quo quidem.secus quando deuenitur ad interesse:quia tunc pro parte agunt.vt hic. ¶Opp.si vnus ex heredibus vadit ad rem comunem:vadit nomine omnium et pro omniuz vtilitate:quia nulla est particula que non sit cõmunis:vt.leg.meuius.§. duobus.s̃.de leg.ij.ergo coheredum interest:vt.j.eo.leg.si stipulatus fuero per te. et sic possunt agere. Sol. intelligo quod hic ibat coheres ad fundum suũ proprium qui sibi in diuisionem obuenerat vel ad partem suam pro diuiso:alias si iret ad comunez

pro indiuiso cū iret noīe oīm oēs videntur ꝓhibiti: vt. d. l. si stipulatus.

2 Oppo. ꝙ in stipulationibus penalibus non cōsideratur interesse: vt. l. stipulatio ista. §. alteri. ī. eo. glo. q̄ est hic dicit de stricto iure nō inspiciamus: sꝫ de eqtate sic. ⁊ vide glo. in l. idem iuris. que incipit stricto. et sm glo. istā. §. alteri. videretur imponere legē verbis ⁊ nō rebus: qꝛ de eqtate pena imposita nō valet. dicit Pe. ꝙ quādoqꝫ solet apponi pena in stipu. de cuius natura venit interesse ⁊ tunc si nō interest nō agitur: vt hic. qñqꝫ apponitur pena ratione ɔtemptus vbi interesse nō venit: ⁊ tunc nō inspicitur an intersit: vt in. §. alteri. Sꝫ ista sol. videtur contra casuꝫ. l. vlti. ī. de preto. stipu. dicunt ipsi nos respōdemus ⁊ fatemur ꝙ nō debet probare quātū interesset: sed qđ aliquid intersit habet ꝓbare: sed illud nō est verū: qꝛ sine aliqua ꝓbatione cōmittitur pena. Dy. ꝓbat in cōpromisso venit interesse: vt. l. diē ꝓferre. §. fi. ff. de arbi. Sꝫ video ꝙ si in cōpromissis pena est apposita nō inspicimus an īterfit: vt. l. cū pena. ff. de arbi. ergo illud dictū nō est bonū. Qualiter dicemus. dicit ipse aut offenditur directo ille cui est promissuꝫ: ⁊ tūc nō inspicimus interesse. si vero offenderetur alius non ille cui principaliter est promissum: ⁊ tunc inspicimus an intersit vt hic. ⁊ hanc solu. dat ipse ꝫ. et in. §. alteri. sed sm illud dictum Dy. iam sequeretur ꝙ heres hic offensus haberet ꝓbare sua īteresse: al's nō posset agere qđ est ɔtra istū tex. vbi nō inspicitur an intersit. Itē est cōtra. l. fi. ī. de preto. stipu. sed si Dy. voluit hoc intelligere vt dicam bene dixit. Dic ꝙ si offenditur ille cui principaliter est ꝓmissum: siue ille qui eius personā representat stipulatio cōmittitur: nec inspicimus an īterfit: vt. l. stipulatio ista. §. alteri. ī. eo. ⁊. §. alteri. īsti. de inuti. stipul. Sed si offenditur alter quaꝫ cui principaliter est promissum: vel alius qui personā eius nō representat: tunc inspicitur an intersit stipulatoris vel heredis eius q̄ cuius ꝑsonā repñtat vt hic. ⁊ gl. est in. d. l. cū pena. coniuncta lege aduersus. ff. de arbi. ⁊ quasi est casus hic. nam heres representat personā defuncti in totū si est heres vl'is: vt. l. hereditas. ff. de acqui. re. do. Sed heres particularis pro parte qua est heres representat personam defuncti: ī alia parte est extraneus: vt. l. cum a matre. C. de rei vē. ⁊ no. in. l. ij. in glo. mag. in. §. fi. ī. de preto. stipu. modo hic heres offensus ⁊ ꝓhibitus ꝓ parte sua agit ⁊ cōmittitur stipulatio cum effectu lꝫ sua non intersit: vt. l. cum penā. coniuncta. l. aduersus. ff. de arbi. sed pro parte alioꝝ qui repñsentant personā defuncti cōmittitur non tñ effectualiter: qꝛ ob. exceptio. cū sint ꝗ̄tum ad illaꝫ partē extranei. vnde offensione facta alteri non possunt agere: vt. d. l. aduersus.

3 Quero + in obligatione facti quid est an factum an interesse. ⁊ hoc dicam in. l. stipulationes non diuiduntur: vbi qđ. istam examino. ⁊ vide istam glo. que incipit sequitur de his. Et

4 tene + menti istū. §. qꝛ est multum no. ad instrumēta pacis. promitto per me ⁊ meos heredes nō offendere te ⁊ tuos heredes. quid si offenditur vnus ex heredibus stipulatoris vel promissoris. hic Jaco. de are. tangit hoc. ⁊ dicetur plene in. §. cato. Itē

5 dñs Jac. de are. + inducit aliam. q. quidam florētinus habet represalias contra pisanum occasione cuiusdā delicti commissi per vnum pisanum: modo quidam alius pisanus iuit florentiā: ille q̄ habet represalias excussit istum. iste pisanus reuersus vult repetere ab isto cuius occasiōe date sunt

a represalie an possit. et videtur[a] quod sic per istum §. et per. l. si vero. §. cum auteꝫ. ff. de his qui deiec. vel effu. et. l. licet. §. fina. ff. nau. cau. stabu. et legē nam et seruus. ff. de nego. gest. non determinando dico. sed allegando forte dicemus:

a Videtur ꝙ sic. adđ ⁊ limita ꝫ bal. hic cū quo trāsit Pe. de anchar. ꝫ ⁊ Ange. ī l. naꝫ ⁊ seruus. ff. de neg. gest. et pau. de cast. hic si iuste repñsalie fuerint concesse: al's secus per l. si per imprudētiā. in prin. ff. de euic.

1 Indiuiduum quantum ad presentem. §. sumitur tribus modis.

2 Obligatio rem tradi quare sit magis indiuidua quam rem restitui. remissiue.

3 Actio ad rei restitutionē quando rē restitui est in obligatione quando detur contra possidentem insolidum vel detur pro hereditarijs portionibus.

4 Exceptio dominij quod non potest opponi contra agentem interdicto de vi ⁊ vi arma.

5 Officium iudicis competens alicui contra non obligatum habet naturam actionis realis.

6 Qualiter quis teneatur ad indiuiduum.

7 Dispositio huius. §. quod non habet locum quando pena petitur actione bonefidei īformata ad deductum in pacto.

8 L. in depositi. ff. depositi. quod loquitur in facto indiuiduo quo ad solutionem tantum.

9 In obligatione rem restitui ille solus tenetur qui dolū commisit: si ambo: ambo tenentur insolidū ⁊ an sint duo rei.

Obligatio rem restitui que contrahitur secundario ratione doli vel culpe est omni respectu indiuidua.

10 Dictio quodammodo est nota improprietatis.

11 Pena seu interesse: si cōtra fiat obligatiōe facti indiuidui qualiter ⁊ aduersus quos committatur.

12 Stipulatio ad penā vl' iteresse si fiat ɔ stipulātē cōtinentē factum diuiduū vel datiōē qualiter ⁊ aduersus quos committatur. ⁊ nu. 19. vbi distinguit.

13 Dispō huius. §. qđ habeat locum in obligatione faciendi diuidua in qua si vnus heredum contra facit incidit in totam penam.

14 Difficultas licet non impediat obligationem principalem tamen superueniens ex postfacto impedit committi stipulationem penalem. ⁊ nu. 17.

15 Quando ille qui fundū dare promisit ⁊ si non dederit promisit penam decessit pluribus heredibus relictis vnus eorum potest soluere fundum promissum ⁊ dominium transfert ꝓ parte coherede dum vt euitet penam.

Contra hanc cōclu. tenēt Moder. ⁊ Jason illam defendit.

16 Promittens simpliciter ratum sine aliqua pena siue sit dominus siue procurator: ⁊ contrafaciat in parte tenetur ad interesse pro parte quia in plus non interest sua.

18 Stipulatio facti diuidui cum pena interposita in iudicijs si in parte non obseruatur comittitur insolidum licet obstet exceptio pro parte: secus in contractibus quia committitur in totum: ⁊ nō obstat exceptio: ⁊ idē in iudicijs impertinentibus ad decisionem.

20 Stipulatio penalis facti indiuidui adiecta facto diuiduo si fiat contra stipulationem facti diuidui per vnum ex heredibus promissoris: an in totum vel pro parte cōmittatur.

21 Si aliquis promisit sub pena iudicatum solui que cōtinet clau. de defendendo ⁊ decedat pluribus relictis heredibus quorumvnus defendat alij nō an pena committatur aduersus omnes: an cōtra non defendentes.

22 Stipulatio de defendendo in vna actione est indiuidua.

23 In qualibet stipulatione pretoria siue contineat dationem siue factū indiuiduū siue diuiduū siue possit per aliū explicari siue non indistincte pena siue interesse committitur tantum aduersus eum qui contra fecit.

Tex. ī. l. penales. §. iulianus. ff. ad. l. fal. qđ loquitur qñ in stipulatiōe de defendēdo erat pena posita.

24 Stipulatio rem ra. hab. de qua in hoc tex. an sit pretoria. ⁊. ī. nu. 28. in fi.

25 Tex. in. l. cum causa. ī. eo. qđ loquatur de stipulatione duple que non est pretoria.

26 Promittens non excipere qñ dicatur promittere factum diuiduum vel indiuiduum.

27 Obligatus ad agendū contra aliquē: qñ dicatur obligatus ad factum diuiduum vel indiuiduum.

28 Qui promisit amplius non agere actione q̄ cōtinet indiuiduū vel ratū haberi aliqđ indiuiduum: an ista stipulatio iudicabitur diuidua vel indiuidua.

29 Si aliqs est stipulatus sibi ⁊ heredibus suis vsuꝫ alicuius fundi ⁊ decedat pluribus heredibus relictis: an quilibet habebit totum vsum vel partem eius.

30 Pace facta cum titio: facta fuit promissio de non offendendo per se suosqꝫ heredes: titio mortuo relictis pluribus heredibus ⁊ vnus offendat an pena committatur insolidum.

31 Obligatio dicitur transitoria ⁊ non trāsitoria ad heredes ex natura rei super qua interponitur.

32 Pace facta vt. ff. si vnus ex heredibus promissoris offendat quod pena committitur aduersus oēs pro portione hereditaria.

Stipulatio vsusfructus quod ex parte creditoris sit personalis ex parte promissoris est realis.

Stipulatio pro alimentis ex parte promittentis dicitur esse in rē ex parte creditoris personalis.

33 Stante statuto ꝙ qui occidit occidatur nisi habuerit pacem ab herede occisi ⁊ occisus habeat plures: an sufficiat habere pacem ab vno.

34 Maior pars heredum que dicatur.

Adem dicemus.

Si homine. Non liberat quis dando seruuz pro noxa pignoratum: vel in quo habet vsusfructus. h. d. ista. l. est aliquantulum fortis. ¶ Ad. l. istā op. de. l. si oleū. §. ⁊ si tu. s̄. đ dolo. sol. ꝙ ibi dicitur de dolo: dic. i. iudicati noīe doli. Ista solu. non est bona † qr lex debet intelligi in dubio đ actione đ qua tractat tit. sub quo posita est: vt not. in. l. fi. in prin. s̄. de cōdi. inde. probatur in. l. imperatores. s̄. de in diem adiec. ergo debet intelligi ibi de actione de dolo. So. ibi quia reus dedit seruum pro noxa fuit absolutus ab obseruatione iudicij. ⁊ sic quia cum non fuerit lata sn̄ia condemnatoria non potest agi iudicati: sed hic dedit seruum pro noxa post latam sn̄iam condemnatoriam. ¶ Op. quia per hanc dationem preiudicatur creditori ⁊ vsufructuario: vt. l. si ex duob⁹. §. fi. s̄. de noxa. ⁊ l. si noxale. eo. tit. glo. ponit duas sol. accipio vltimam dico quod in contrarijs creditor ⁊ vsufru. erat presens tempore quo fuit iudicium agitatum ⁊ secuta condēnatio: merito sibi preiudicat. hic vero non fuit presens. Ista sol. est vera probatur in tex. ⁊ gl. in. l. is qui. s̄. de dā. infec. ⁊ l. si finita. §. si qua sint iura. ⁊. §. si de vectigalibus. eo. ti. ¶ Sed contra predicta opp. de d. l. si noxale. §. fi. eo. ti. vbi p̄iudicatur creditori etiam absenti: vt contra eum detur exceptio solu. ad h̄ vadit proprie prima solu. posita in glo. quia illud verum est q̄n dominus agit contra creditorem vel fructuariū. vt aut cōferat ad estimationē litis aut dimittat ius qđ hz: h̄ vero q̄n contra tales non exigit. Ista sol: nō videt vera qr finis. d. l. si noxale. loquitur etiam q̄n cōtra eos non est actuz: ⁊ tñ cōpetit exceptio contra eos. vnde Jaco. de are. dicit ꝙ verum est quod exceptio competit contra vsufructuarium ⁊ cōtra creditorem: tñ hoc non ob. pōt agi iudicati: vt hic dr. ideo qr ille q̄ debet dare seruum pro noxa tenetur rem accipientis facere. hic ergo lz accipiēs habeat exceptionē donec damnū sibi emēdetur: non tñ res eest facta pfecte accipiētis: merito agit iudicati. s̄. de acqui. pos. non videt. ¶ Contra istud dictum oppo. quia si habet exceptionem contra creditorem ⁊ fructuariuz: ergo perinde est acsi illi non haberent actionez: vt. l. si quis obligatione. §. j. j. de re gu. iur. Respon. sustinendo Jaco. de are. quod hic nō competit huic cui seruus est datus pro noxa exceptio simpliciter: vt possit retinere: quia posset ille emendando damnum seruū auferre: merito: qr sibi habere nō lz pōt agere iudicati acsi tradit⁹ nō esset. Sz 9triū loquit q̄n q̄s hz exceptionē q̄ omnino perimit actionez aduersarij vel aliter dico ꝙ ille cui seru⁹ est dat⁹ p noxa hz exceptionē 9 creditorē ⁊ fructuarium verum est si pbet de delicto 9 eos. nā pbatio facta 9 dñz ipsis absentib⁹ nō preiudicat. vt. d. l. is q̄. ⁊ l. si finita. §. si qua sunt iura. ⁊. §. si đ vectigalib⁹. s̄. de dā. infec. merito pōt agere 9 dñz iudicati ne grauet nouis probationib⁹ ⁊ nouo iudicio 9 illos. ¶ Item oppo. extra gloss.

a ¶ Si quis duos. q̄d in dubio. vid p bar: in. l. singularia. si certa. pe.

b ¶ Si seruus. no. cōditio existens i dādo nō pōt p pupillū impleri nisi autoritate tutoris. sec⁹ in faciēdo. facit text. in l. in cōditionib⁹ pupillus. de condi. et demon. And. bar.

c ¶ Si seruus. q̄d de curatore adulti. vide bar. et doc. i. l. in cōditionibus pupill⁹. s̄. de cōdi. ⁊ demō.

a ¶Qui decem. Adde q hec.l.fallit in debitore generis limitati quo ad solutionem q: tunc etiã ipso iure liberatur fm Bal.in.l.acceptam.in.j.col. C.de vsur.vbi habet etiam q oblatio cũ cõsignatione semper liberat ipso iure quod not.

b ¶Res oblata. Sed q̃d si post oblationẽ factã a debitore ipse debitor cõsignauit eam et postea cã recepit: postea perijt dic qd perijt periculo debitoris.text. est nota. i d.l.acceptã.in fin. et vid bar. i.l. cui fundus de cõdi.et dmõ. Sed quid si debitor non obtulit sed extraneus p eo an dbitor liberetur. vide bal. in. l. obsignatione. et ibi glossa. C. eo. et bar. j.ead.l.§. fin.

c ¶Sed cõtra hoc. Et per id quod dicitur hic in tex.in. ij.rñso probat quod vbi quis aliquid debet alteri conferre ad finem vt consequatur actionem vel non incidat in moram vel se purget reqritur oblatio verbalis rei in presentia non extantis nihil habet obstare: vt in.l.seruus si heredi.§. fi.ff.de stat.lib.et no.i.l.pretor. §.si quis paratus. ff.de no.ope.nun.et ibi not.Barto.et quod ibi dixi post gloss.quia vbi opus est facto ibi verba nõ sufficiunt c.j.de eo qui mit.in posses.cau. rei ser. sed illa regula forte limitari potest nisi quis debeat offerre rem que momento non expeditur vt est probatio quia tunc sufficit quod verbo offerat se statim probaturum leg.si is a quo.in prin.s. vt in pos.lega.et hoc videtur de mente Innocen. et

de.l.statuliberum.medio.in prin. et §.illud.s.de statulib: vbi non fecit perfecte accipiẽtis et tamen dando pro noxa liberatur. Sol. ibi causa ex qua sperabatur seruum auferri ab eo cui traditus erat: erat talis 1 que habebat consummare actionẽ noxe: et etiam dominium vt libertas que sperabatur.sed hic nõ erat 2 talis causa que actionem noxe extingueret: ideo durat actio iudicati.pro hoc facit.l.pretor.in prin.s. de noxa.

Quod in diez. 1

Oppo.de.l.si ita relictus §.pegasus. s.de leg.ij.et l.in fideicõmissi. §.cum pollidius. s.de vsur: solu. illud cum tempus apponitur gratia creditoris. istud aũt gratia debitoris. Item opp.s. 2 de vsufruc.lega.l.si mihi vsufructus in bienniuz.so.gl.quod ibi bienniũ erat taxatum causa limitande obligationis non causa differende solutionis merito põt agi ante illã diẽ. satis est bona ista sol. vel aliter ibi tempus non fuit adiectum obligationi sed fuit adiectum ad limitandum tps quo ad vsufructus durare debebat.

1 ☞ Partis perceptio et litis contestatio non equarantur.

Cum decem. 1 a

Bona lex est ista. nota 1 † ex hac.l.cõiuncta.l. si qs stipulatus fuerit decẽ in melle in fi.s.e.qd partis pceptio et lit. contesta.nõ eqparãt.sic habetis in.l.qui hominẽ.§.j.s.eo.piuncta.l. ex duo b bus.§.j.s.de duo.reis. Contra hoc facit.l.iij. C. de noua.sol.alius casus est diuersam rationẽ habens in quo cogita.

Si fideiussor.

Not.q ratihabitio sequens post liberationẽ fideiussoris reconciliat solutionẽ factam falso pcuratori: sed d.j.rẽ ra.ha.l.fi.§.fin.sol.lz fideiussor hic esset liberatus tpe: tñ reus remãserat obligatus: et sic eo tpe quo negotium ratum habitũ fuit poterat rei nomine solui: et ab eo repe.et sic nõ ob.l.bonorum.j.rem ra.ha.

1 ☞ Actus medius interueniens facto hominis q̃ impedit negotiũ geri: nõ impedit ratihabitionez retro trahi.

2 Si obligasti primo rem meã ego scdo alteri obligaui: tertio ratã habeo obligationẽ primã qs preferatur.remissiue.

Si ex cõcubina habeo filiũ et postea ducã vxorez ex qua habui filiũ.et vxore mortua cõcubinã vxorez duxi.qs erit primogenitus.remittit.

Item si ignorans.

Actus † medius interueniẽs facto hoĩs qui impediret negotiũ geri nõ impedit ratihabitionẽ retro trahi.h.d.et est no. casus .facit ad predicta.s.e.l.si qs offerenti. ¶Op. de.l. bonorũ.j.rem ra.ha.sol.vt ibi dicã. Ja.de are.inducit hũc.§.ad duas†.q.primo si tu obligasti rez meã primo: ego scdo alteri obligaui: tertio rataz habeo obligationẽ tuam: qs est potior: et de hoc dicam.j.rem ra.ha.l.si indebitũ.§.j.vbi glo. tangit hanc.q.secundo inducit ad aliam.q.ego habui filium ex concubina: postea duxi vxorez ex q̃ habui filiũ.tertio moritur vxor.illam primam cõcubinam in vxorem duxi mihi: quero quis tanq̃ primogenitus preferatur in regno vel in ducatu: an natus ex concubina q̃ postea effecta est vxor: an natus ex prima vxore quã.q.disputauit Ricar.malũ.et post ea Jo.and.posuit eam in mercu. suis forte sub.c. ratihabitio.

☞ Per oblationẽ a qua culpa quis liberetur.

Qui decem.

a Re perẽpta post oblationẽ debitor generis liberat ope exceptiõis speciei debitor ipso iure.idẽ in debitore generis ex cã dotis.h.d. ¶Aduertatis op.de.l.si soluturus.s.eo.sol.ibi nõ fiebat oblatio congruo tempore et loco: hic fic. ¶Opp. C.de vsur.l: acceptã. vbi non liberatur debitor post oblationẽ.sol. ibi res oblata[b] nõ perijt sed erat apud debitorẽ: hic erat perempta. ¶Contra hoc oppo: C.de cõdit. inser.l.fi.glo.dicit.fallit ibi: vbi per solaz oblationem debitor liberatur.certe ibi domini non erat debitũ sz erat in vim cõditionis soluendum .ideo oblatiõe facta si ille cui dbebat solui recusauit habetur conditio pro impleta: vt.l.iure ciuili.s.d cõdi.et demõ.j.de regu.iur.l.i.iure.ille do cui debebat solui actionẽ nõ habebat: vt.l.si quis sub conditione.ff.si quis om.cau.te. ¶Item op.de.l.si ex legati causa.s.de verb.oblig.et.l.si seruum.i prin. eo.titu.vbi videtur q debeat liberari ipso iure.solu.ibi erat species debita: hic erat debitum in genere. ¶Sed contra hoc[c] oppo.de prin. huius.l. per.et

per.et sane: ibi aut numos etc. plures solu. ponunt ibi in glos.tene illam quod ibi fit speciale fauore dotis: vt quis facilius inuitet ad offerendum: et ista placet.vel dic q ibi erat pecunia debita i specie.hoc non placet: quia diuinationem continet. ¶Item oppo.de.l.creditor.j.eod. Solu. vt ibi. ¶Item oppo.de.l.celsus.in fi.s.de ar. sol. vt in

1 glo. ¶Ultimo † quero[a] hic dicitur si ea sine cul
a pa sua perierint.quero per oblationẽ a qua culpa liberatur quis. Respondeo si quidem ante per oblationẽ quis tenebatur de casu fortuito: vt debitor generis: tunc per illam oblationem ab illo
b casu fortuito liberat et de omni culpa tenetur.[b] casus est hic.si vero ante oblationẽ tenebatur tãtum de culpa: tunc per oblationẽ liberatur a leui culpa: et solum de dolo et lata culpa tenetur.probatur hoc in tex.et glo.supra soluto matri.l. si mora.quod perpetuo tene menti.

1 ☞ Offerre rez et per stipulationem promittere idem est.

2 Oblatione facta per alterum quod debitor liberetur.

Si cum mihi.

Stipulatio conditionalis animo nouandi tollit effectum more si res erat presens alias secus. hoc dicit. et est not.§. forte non habes hoc alibi
1 in tex. Not.† ex hac[c].l. idem esse rem offerri et p
c stipulationem promitti. ¶Secundo nota † q
2 alius pro debitore offerendo liberat[d] ipsum de
d bitorem sicut si ipsemet debitor obtulisset: et sic est hic casus questionis no. C.eo.l. obsignatione quam dixi vobis.s.eod.l.solutionem.facit.C. de capti.l.cum postliminij. Ultimo no. distinctionez que hic ponitur in tex.aut seruus est presens aut ignorans: quam non habes alibi in tex.de qua q̃stione dixi.s.de nouati.l.quoties.versi.vnde marcellus.et.l.si rem.in princip.eo.titu. ¶Opp. de.l. parui.s.de condi.fur.glo.solu.hic vno modo: sed ibi dicit melius.et in gl.illius.l. declaratur iste.§. nam ibi stipulatio fuit interposita animo nouandi pure.hic sub conditione. et ideo hic distinguitur aut fuit seruus presens aut ignorans. Itẽ potest hic intelligi quando stipulatio fuit interposita simpliciter non animo nouandi de quo dixi in dicta.l.si rem.in prin.de noua.

Stichum.

Iste.§.diuiditur in tres partes.prima loquitur in obligatione alternatiua. secunda in obligatione generis generalissimi. tertia in obligatione generis subalterni. secunda ibi: sed ei.tertia ibi: ac si his etc.principium loquitur in obligatione alternatiua.secundum responsum loquitur in obligatione generis. ¶Contra hoc opp.de.l.meuius.§.duobus.s.de lega.ij.glo.dicit quod ibi erant due cause lucratiue: quia duo hominem in genere legauerunt.hic erat tantum vna causa lucratiua. Ista solu.est contra tex.illius.§. dic ergo quod hic de equitate potest solui: de rigore non vt ibi: sed in obligatione alternatiua non liberatur soluendo neq de rigore neq de equitate: vt in prin. huius §.ratio quia in obligatione alternatiua sunt due regule impedientes.vna est quia vtraq res adij

Hostien.in.c.post electionem. de conces.preben. et domi. Anto.in.c.ex parte.licet Joan.and.videatur sentire contrarium in.c.interposita. in princ. de appella.quod not.et adde quod not. Bal.in.l. j.C.ne lice.ter.prouo.in.l.j.et.ij. colum. et quod no. glo.et Bar.in.l. ij. C. de edict. diui Adri. cum citur ad obligationem: et regula est q in re in qua non consistit obligatio non consistit solutio: vt.l.si duo similibus.et de veritate huius dicti aliquid p imo. in.l.si dubitetur.in princip.s. de fideius. et quid si mulier non vult dotari a fratribus vel a patre ne per statutum excludatur a successione vide Bal. dicentem.quod sufficit offerre dotem in.l. fina.in iiij.col. C.de pac.ad predicta vide omnino Pau. de ca.in. d.l.si dubitetur.in prin.et id quod no.bar. in.l.iam tamen.§. nunc videamus.j.iudi. sol. vide Bar.in.d.l.si mora.et in.d.l.acceptã. Adde qd posui in.d.§.si quis paratus.

a ¶Ultimo quero. Bal.tamen in.l.acceptã.in.vj. q. C.de vsu.et in.l.si mora.j.solu. matri. aliter dicit: videlicet quod vbi quis tenetur in genere offerendo liberatur a duobus scilicet a casu fortuito et leuissima culpa per istum textum in verbo culpa quia in dubio debet intelligi de leui vt est gl. licet non allegetur.l. in venditione ver. de temp. de bo.auto.iudi.pos.sed teneo opi. Bar. per no. in fi.per glo.in.l.si vt certo.§.cõmo.ff. cõmo.et in l.j.de estima.act.dicerẽ tamen in puncto iuris sustineri posse opi. Bal. quia ratio quare offerẽdo speciem quis liberatur a culpa leui est quia illam oblationem non recipiendo videtur esse in culpa leui ideo vna culpa in alia cõpensatur.l.si ambo. de compensa.secus in leuissima.quia non debet compensari cum leui. vnde si aliquis tenetur de omni culpa et casu offerendo constituit alium in leui culpa.et ipse offerens debet liberari a leui et multomagis a leuissima quod esset minus vt not.idem Bal.in dicta.l.acceptam. C.de vsu. neq de lata ad leuem fit compensatio vt no. glo. in dicta.l.si mora.et ibi vide Bart.et Bal.in dicta l.acceptam.vj.q.

b ¶Culpa tenetur. Quid si sola mora est causa vt quis teneat de casu an oblatio liberet ab aliqua culpa vide Bar.in preallegata.l.si mora.

c ¶Si cum mihi. nota ex hac.l. Et adde quod stipulatio etiam nulla sequens purgat moram precedentem: vt scripsi post Imol. in.l. scire debemus.§. finali. vbi Rapha. nota. vide limitationem per Angelum in.l.si seruum.§.finali.de verborum obligationibus. per textum ibi quem dicit singularem.

d ¶Offerendo liberat. an si extraneus offert pro debitore liberetur debitor sicut si ipse offerret. Adde Baldum post glo.in dicta.l. obsignatione. C.eodem.et Barto. et Bald.in.l. cum postlimi. C.de cap. et adde quod nota. Bal. in.l. solemnibus.de rei vendic.et in.l. arboribus.§. qui tamen s.de vsufruc.

rei.ff.de verb.ob. Alia regula est de duab⁹ causis lucratiuis que nō pñt cōcurrere circa idē: sȝ in obligatione generis nihil adijcit ad obligationē. ideo nō est ibi nisi vna regula impediēs. s. de duabus causis lucratiuis merito ꝯ illā regulā de eq̄tate dispensat: vt hic: sȝ ꝯ hoc facit tex. qui dicit nisi vt quidē ipsa. ⁊ glo. exponit. ⁊ ego etiam dixi. i. ipso iure R̄ndeo nō est incōgruū qd ipso iure liberet ⁊ liberet de eq̄tate. dixi de hoc pleni⁹ in. d. l. menius. §. duobus. ¶ Venio ad tertiū r̄nsuȝ ⁊ op. de ꝑu. huius. §. solutio dicūt quidā q in prin. huius. §. seruus ille desijt esse stipulatoris altero iaȝ mortuo: ⁊ sic obligatione iā extincta. vñ concordat cum vltimo. ⁊ hec fuit opi. Hug. quā recitat gl. in prin. huius §. Alij dicunt ꝙ in isto tertio r̄nso illi duo. sunt mortui ante stipulationē interpositā: sed vt gl. dicit illud videtur cōtra tex. soluam⁹ ergo sic. principium loquitur in obligatione alternatiua: finis in obligatione generis subalterni: in qua nullū adijcit ad obligationē sicut in obligatione generis generalissimi: vt. ff. dixi. ⁊ ideo in qualibet cadit solutio. ⁊ hanc solutionē videt hic ponere glo. in fi. ſȝ Azo. que solutio est bona licet contra videtur dicere glo. in. l. si stichum. in princi. ff. de verbo. obliga.

Qui dominē.

+Qui soluit rē quā habere creditori nō lȝ nō liberat. nec⁹ si habere sibi lȝ ꝙuis vilē. h. d. ¶ Opp. ad fi. de. l. legato gn̄aliter. ff. de leg. j. ⁊ ꝙ ibi no. Sol. qd dicit vespertilioneȝ aut turpē: intellige de persona vili nō aūt vilissima. ita qd haberi non expediat: tunc enim nō liberaretur talē soluendo: vt no. in. l. contraria.

a ☞ Qui debet par caponum debet dare viuos.

Promissor.

+a Per istum text. determinat Guil. de cug. qd si tu debes mihi dare omni anno vnum par capo-
b nū† ꝙ debes dare viuos: nec liberaris dādo mortuos. tales em̄ debes dare ꝙ possim ad libertatē pducere eos. ita determinat p hunc. §. Guil. in. l. ꝙ te. ff. si cer. pet.

Vbi ob trigīta.

Pecuniā redactā ex vēditione pignoris potest creditor in quā cāȝ vult cōuertere. h. d. ¶ Opp. de. l. in his ⁊ de. l. et magis. ff. eo. cū suis cōcor. dicit glo. ibi. debebat ex vna cā tm̄. tu dic ꝙ cōtraria loquunt in pecunia soluta hic in pecunia ex vēditione pignoris redacta: vt. l. in his. §. imperatores. eo. titu.

In quod pene.

+Oppo. de l. predia. ff. de act. emp. ⁊ p socio. l. si qs a socio. ⁊ l. apud celsum. §. labeo. ff. de doli excep. Solu. id qd hic dicit id quod pene nomine intelligo de pena legali. ⁊ sic non obstant contraria. ⁊ probatur hec lectu. ff. de pig. act. l. si pigno. ⁊. j. de fur. l. si debitor. secundo modo potest intelligi de pena conuentionali. et tunc dicit ꝙ fuit dictum rato manente pacto ne obstent contraria.

1 ☞ Cessio actionis facta post solutionem nō vȝ.
2 Paria sunt aliquid fieri ab initio vel fieri ex postfacto si ab initio precesserit pactum de faciendo.
3 Obligatio plurium mandatorum vel fideiussorū non dicitur vna. ⁊ vnus soluens non videtur soluere contemplatione alterius ⁊ non perimit omneȝ obligationem secus in pluribus correis vel tutoribus.
4 Quando plures sunt obligati et vnus soluit an actio post solutionem possit contra alios cedi.
5 Cessio an sit faciēda inter plures obligatos ꝙsic. ⁊ si renuntiatū sit beneficio diuisionis vn⁹ ex pluribus obligatis conuentus dolo proprio nō habet beneficium cessionis.
Idem si propria culpa.
Cessio nō fit inter plures obligatos si est huic beneficio cessionis renuntiatum.
Idē si sunt plures correi ex causa mere lucratiua.
6 Cessio qñ sit faciēda inter plures obligatos quo iure fieri debeat ⁊ quo iure petatur.
7 Cessio quando fit inter plures tutores inquantū fieri debeat.
8 Cessio si facienda sit inter plures reos: inq̄tum fieri debeat.
9 Cessio inter plures fideiussores an fieri debeat in solidum vel pro parte.
10 Si ex tribus correis vel tutoribus vel fideiussoribus ⁊ vnus soluit in solidum ꝙ cessio fiat in solidū pro duabus partibus ceterorum.
11 Ille cui est facta cessio contra alios correos in solidū si agit ꝯ vnum in solidum ex actione cessa tenet ille cedere actionem sibi cessam cōtra alium.
12 Cessio quando fieri debeat que actio cedatur.
13 Solēnitas de qua in. l. per diuersas. C. mand. ⁊ in l. ab anastasio qd nō habeat locum in hac cessiōe.
14 Creditor qñ actionē cedere non potest quid agēdum. remissiue.

Modestinus.

+Non valet cessio facta post solutionē ꝯ correū pariter obligatū nisi pactū de cedēdo ꝓcesserit. h. d. ⁊ diuidit in ptes duas ꝑmo qñ cessio fit post solutionē nullo precedēte pacto. scd̄o qñ ante vel post fit ꝑ-
1 cedēte pacto. scd̄a ibi: qd si añ. ¶ Mo. † ꝙ post so-
b lutionē nō valet actionis cessio b. ¶ Scd̄o no. † ꝙ
2 paria sunt aliquid ab initio fieri vel fieri ex post-

facto

¶ Promissor. adde bar. in. l. j. in fin. ff. si q̄drꝑ. pau. fe. dica. ⁊ vide bart. in. d. l. qd ait.

¶ Modestin⁹. actionis cessio. hic habes materiam cessionis ⁊ modū cōsequendi cessionem post solutionē vide p Ang. in l. cū is q. ff. de fideiuss.

a facto si ab initio pactū d faciēdo ꝓcesserit. ¶ † Oppo. ⁊ vr̄ quod tutor habeat contra tutorem actionem sine aliqua cessione. etiam post solutionem: vt. l. j. §. nunc tractemus. ff. de tu. ⁊ ra. distra. sol. concedo oppo. quod vtilem habet a. l. non autem sibi potest cedi a creditore. vide gl. que icipit. scȝ actori. ⁊ quod dicit in rem vtilē dic. i. actionē vtilem est enim hec gloss. corrupta vitio scriptoris. ¶ Oppo. ꝙ ex interuallo possit fieri cessio: vt. l. si minoris. ff. de admi. tu. So. ibi fuit actū tpe solonis quod cederetur ⁊ ita concor. cum ista. sed hoc est diuinare quare dicas ꝙ ibi loquitur de duob⁹ dispariter obligatis. nam vnus tenebatur qr gesserat tutellā. alius qr gesserat curā. hic vero ambo qr tutelam gesserant. hec sol. no. in glo. j. eo. l. stichum aut pamphilum. §. si mādato. ⁊ est vera sol. ¶ Scd̄o op. de. d. l. stichū. §. si mādato. j. e. sol. ibi soluit p sua obligatione tm̄ ⁊ hoc constabat. Ista est vera solu. sȝ est diuinare: vel ibi actū fuit d cedendo. certe ⁊ hoc diuinare est. dic ergo vt not. in contrario qr ibi loquitur in pluribus dispariter obligatis sȝ hic erāt obligati parit ⁊ vna actiōe. ¶ Iteȝ oppo. de. l. dn̄s sticho. ff. de peculio lega. in prin. solu. dicit glo. Soluit eisdē modis. tu dic ꝙ hic loquit de duob⁹ pariter obligatis. ibi loqt de duobus quorū vnus erat obligatus ali⁹ nō: sȝ ex alia actione soluebat vt puta causa conditiōis implende. vel si diceres ambos obligatos erant obligati dispariter. ¶ Item op. de. l. alteri⁹. §. j. ff. de tu. ⁊ ra. dis. Sol. eodē mō qd ibi loquit i dispariter obligatis. Iteȝ op. de. l. pap. ff. man. solu. dicit glos. ibi loquitur in mandatoribus vel fideiussoribus in quibus dic vt ibi. hic loquit in pluribus tutoribus. ⁊ correis qui tenētur principali-
3 ter. certe ibi glos. † in oībus membris dicit veruȝ preterꝙ in vno. in eo qd dicit ꝙ mandator vel fideiussor soluendo simplr ꝑimit omnē obligationem. adeo ꝙ non pōt fieri cessio nō dicit verū per l. cū is. ff. de fideius. non violando literaȝ. ⁊ per. l. si filius. ff. de in reȝ verso. ratio diuersitatis est: qr plurium tutorū ⁊ correorum vna videt obligatio lȝ vere sint plures: vt. ff. de duo. re. l. iij. i. fi. ⁊. l. eādem. §. fi. e. ti. sed plurium mandatorū vel fideiussorum nō d̄r vna obligatio. nec vnus soluēs videtur contemplatione alterius soluere: vt. ff. de fideiusso. l. vt fideiussor. ⁊ ibi dixi ⁊ hoc tenent cōiter oēs doct. ¶ Itē op. de. l. si res obligata. in fi. ff. d lega. j. dicit gl. ibi fuit facta cessio ante solutionē sed istud est ꝯ illū tex. ideo dicas ꝙ ibi loquitur i duobus reis quorū vnus erat obligatus ali⁹ non sed soluebat causa liberāde ⁊ retinende rei sue: sȝ hic loquitur in plurib⁹ pariter obligatis. ¶ Pro
4 declaratione igitur materie † Dy. posuit hic vnaȝ distinctionem suā bonā. tu tm̄ magis pfecte ⁊ magis late dic. aut soluēs soluit noīe illius ꝯ quē fit cessio. aut illius ⁊ alteri⁹. ⁊ tūc cessio est inutilis siue fiat ante solutionem siue in ipsa solu. siue post ipsam solonē interueniēte pacto vel nō. qr p solonē tollit oīs obligatio vt insti. q̄ mo. tol. obli. i ꝑn. ⁊. d. l. papi. ff. man. ⁊ hic in princi. Aut soluit noīe
a ipsius soluentis a tm̄ ⁊ hoc cōstat. ⁊ tūc valet cessio facta post solutionem nullo interueniēte pacto qr actiones cōpetentes contra debitores principales non extinguuntur. vt. l. stichū. §. si mādato. j. e. ⁊. d. l. papi. si vero dubitat cui⁹ noīe soluerit. tūc aut loquimur b in plurib⁹ obligatis principaliter. aut in pluribus quorū vnus est obligatus principaliter alius accessorie. aut i plurib⁹ obligatis tm̄ accessorie. aut in pluribus quorum vnus est obligatus alius non sed ex alia cā soluit. Primo casu aut plures sunt obligati principaliter eadē spe actionis ⁊ ex eodē contractu vel quasi vt plures tutores et correi: ⁊ in his serua distinctionē istius. l. aut cessio fit ante solonē vel in ipsa solone vel post incontinēti vel ex interuallo precedēte pacto facto: ⁊ valet cessio: vt hic. aut fit ex interuallo nō ꝓcedēte pacto: ⁊ nō valet qr in dubio ꝑsumit soluere p tota obligatione: vt hic in princi. aut sunt obligati dispariter: qr vn⁹ vna actione ali⁹ alia actione vel vnus ex vno quasi ꝯctu alius ex alio. tunc in dubio presumitur soluere p obligatiōe sua: et valeret cessio statim post solonem: vt. l. si minoris. ff. de admi. tu. ⁊. l. alterius. ff. de tu. ⁊ ra. dist. ¶ Scd̄o casu qñ loquimur in plurib⁹ quoruȝ vn⁹ est obligat⁹ principaliter alius accessorie. ⁊ in dubio velle obligatus accessorie p oblone sua soluere: vt. j. e. l. stichum. §. si mādato. et ff. de in rem verso. l. si fili⁹. ⁊. d. l. papi. ff. man. ⁊ ideo cessio posset etiaȝ fieri ex postfacto. principalis vero soluens videtur soluere pro tota obligatione: vt. l. cum quis. §. de peculio. ff. eodem. ¶ Tertio casu qñ loquimur de pluribus obligatis accessorie: soluēs in dubio vr̄ soluere p sua obligatione: ⁊ ideo cessio posset sibi fieri ex interuallo: vt. d. l. papi. ff. man. ⁊. ff. de fideius. cū his. nō violādo literaȝ. ¶ Quarto casu qñ sunt plures quorū est obligat⁹ ali⁹ non: sed ex aliqua causa soluit: tūc idem. qr p cā sua ⁊ ad eū pertinente vr̄ soluere in dubio: vt. l. ⁊ magis. ff. e. ⁊ ideo ēt ex postfacto pōt fieri sibi cessio: vt. l. dn̄s sticho. in prin. ff. de pac. leg. ⁊. l. si res obligata. in fi. ff. de leg. j. ¶ Expediuim⁹ primā glo. que tangit cōtraria veniamus an qōnes. ⁊ hic habem⁹ videre primo an inter predictos debeat fieri cessio. scd̄o quo iure debeat fieri cessio. tertio qñ debeat fieri cessio. quarto inquātū est faciēda cessio. q̄nto quarū actionū. sex-

a ¶ Ipsius soluentis. Sȝ an tūc fideiussor possit agere mādati ꝯ reū. bal. ꝙ sic i. l. p ea. i. iij. co. C. man.

b ¶ Aut loqmur. An qs ꝑsumatur soluere noīe ꝓprio. vide quod not. bart. i. l. si pene. §. ꝓuis. ff. d cōdi. ide. ⁊ vide ēt in. l. j. §. nūtiatio. d ope. no. nū. i ꝓposito gl. i l. papi. ff. mā. q̄ ē melior d iure ſȝ bal. i. l. j. i. ij. colū. C. de act. ⁊ obliga. ⁊ ibi posuit duo verba ad illā gl. ibi i vsi. ij. op. qd ipse subdit.

1 ¶Quo iure.Sed an fideiussor q̃ soluit p cõdẽnato possit petere ab eo cui soluit vt caueat de ꝯseruãdo ipsuz fideius.idẽnem. vide bal.i.l.cũ eoꝝ.ũ.C.ð sen.ꝛ iter.l.cũ vẽdẽte. C. vbi cause fis.i iiij.col. ꝟ. q̃rto q̃ro i quãtũ est. vide glos. not.i.l.j.i fi.C.ad.l.rho.ð iac.

b ¶Circa p̃mũ.Idem no.bar.et Bal.i.l.j. C.de trãsac. post Cy.

to quid si cessio nõ põt fieri. ¶Pri
5 mo casu ✝q̃ro an cessio sit faciẽda. quedaz gl.in.l.vñ queritur.in fi.ff. cõmo.dicit ꝙ si est renũtiatum beneficio diuisionis nõ põt peti cessio doc.illam gl.reprehendunt. nã qui renuntiat vni beneficio non vr̃ renũtiare alij:vt.l.si domus .ff. de serui .vr. ꝑ ideo qui renuntiat bñficio diuisionis non per hoc vr̃ renũtiare bñficio cessionis. Preterea ego probo inter correos nõ erat olim bñficiũ diuisionis.ꝛ tñ vnus postulat cessionẽ cõtra aliũz vt not. in.l.j.C.de duo.re. vnde dicendũ est ꝙ inter predictos est facienda cessio: vt hic.ꝛ.l.fideiussoribus.ff. de fideius.ꝛ.l.stichum.§.si mandato.j.eo.ꝛ.C.de fideius.l.ij.ꝛ.l.cũ alter .cũ multis si.quas.ll.alle.j.in alijs qõnibus.fallit si cõueniat̃ ex dolo proprio vel cõmuni.vt.l.si plures.ff.de admi.tuto. secundo fallit si vnꝰ cõueniat̃ ex ꝓpria culpa:vt.l.vñ querit̃.ff.cõmo.tertio fallit si esset huic beneficio renũtiatũ : vt.l. si quis in cõscribẽdo.C.de pac.ꝛ est expressum ꝟz vnã lec.in.l .si stipulatus.§.j.ff.de fideiuss. quarto fallit si sunt plures correi ex cã mere lucratiua: vt.l.in.l.falcidia.hoc esse obseruandũ.ff.ad.l.falci.ꝛ.j.dicam. ¶Secũ
6 do quero✝vtrũ ð iure debeat fieri:
a ꝛ quo iure[a] debeat fieri : ꝛ quo iure petatur. Dy .dicit hic aut inter eum qui postulat cessionem:ꝛ eum a quo postulat̃ precedit aliquis cõtractus vel quasi ex quo possit creditor obligari soluẽti ꝛ agit̃ ex illo:vt.l.stichũ.§.si mãdato.j.e.alias aũt postulabit̃ officio iudicis vt. j. de iure fis.l.in fraudem.§ . qui pro alio.ꝛ.ff.de leg.j.l.si res obligata. in fi.ita etiã refert Cy.C .de fideius.l.cũ alter.tu ꝟo dic clariꝰ qñq3 cessio postulat̃ ante solutionẽ:quãdo q3 post. Primo casu aut hoc petitur a creditore agente ad suum debitum:ꝛ petit̃ ope exceptiõis:vt.l. si fideiussores.§.fi.ff.de fideius.aut petit̃ a creditore nõ agẽte : ꝛ tunc petit̃ officio iudicis vel cõditione ex.l.fideius.ff.de fideiusso:aut petitur hoc post solutionẽ:in casibꝰ i q̃bus põt peti vt dictũ est : ꝛ tũc aut ꝓcessit aliq̃s ꝯctꝰ ex quo creditor posset obligari soluẽdo.ꝛ illo põt agi: vt.l.stichũ.§.si mãdato.j.e.aut talis ꝯctus nõ ꝓcessit.ꝛ tũc aut illð qð soluebat̃ cõsistebat in pecunia numerata aut in alia specie vel quãtitate.ꝑmo casu poterit agi actiõe

ex empto quia emisse videtur illas actiones:vt.ff in fi.ꝛ.l.cum his.ff.de fideius.ꝛ.l .si dubitetur . in prin.eo . ti. si vero consistebat in alia re tunc non potest esse emptio.sed erit quidam contractus innominatus.ꝛ ideo puto ꝙ posset agi actione prescriptis verbis:vt.l.j.§.si quis seruum.ff. depositi.posset etiam hoc casu condici illud quod est solutum cuz sit solutum ob certam causam q̃ non est secuta.pro hoc habuistis gl.in.d.l.cum his.ff. de fideius.Et predicta vera quãdo loquimur in pluribus obligatis principaliter vel accessorie non curo:sed quando est vnus tñ obligatus:sed alter non:qui tamen soluit ex aliqua causa tunc illi officium iudicis competeret:vt sibi cessio fieret : vt d.l.si res obligata.in fi.ff.de leg.j.ꝛ.l.in fraudez.§.qui pro alio.j.ð iure fis. Predicta omnia habẽt locum in casu presentis.l . quia soluens postulabat sibi fieri cessionem contra alium.alius autem ex diuersis causis ꝛ contractibus cessiones postulantur vt.l.is qui in puteum.§.si postea . ff. quod vi aut clam.ꝛ.l.quod sepe.§.si res.ff.de ꝯtrẽ.emp. Et seq̃t̃ etiã q̃s qñq3 cessionẽ ꝑ quãdã ꝯñiam: vt l.cum quis.§.si debitorem.ff.e.ꝛ.l.si vendidero.§. si titius.j.de furt.s3 nõ est nostra materia.¶Tertio quero quando debeat fieri cessio.rñdeo vt apparet ex his que dixi circa contraria . ¶Quarto quero inquantum est facienda cessio.istam qõnez disputat hic glo.ꝛ in.l.j.C.de duo.re. ꝛ.l.si plures.ij.ff.de admi.tuto.quidam faciunt differentiã inter tutores ex vna parte quibus debet fieri cessio pro parte.ratio quia vnus habet actionem cõtra alium vt dictum est ꝛ plures correos ex alia parte quibus debet fieri cessio insolidum:sed gl. dicit hoc nihil est.verum dicit quia etiam correis datur actio sine cessione inuicem : vt . C.de duo. reis.l.j.ꝛ ibi no.per glo . Est ergo eadem ratio q̃ est in pluribus tutoribus. Alibi dicit glo . aut est renuntiatuz beneficio diuisionis:ꝛ debet fieri cessio insolidum:aut non est renuntiatum:ꝛ debet fieri cessio ꝑ parte:ita no.in.l.si plures.ff. de admi. tu.quam glo.Dy.reprehendit prout loquitur in pluribus tutoribus vel in pluribus correis:nã cũ vnus habeat actionem contra aliuz pro parte sua non posset agere insolidum contra eum:quia posset sibi conuentus obijcere qũo petis a me solidũ quia si soluissem a te possem repetere partem: vt l.dolo.ff.de doli exce . ꝛ ita loquitur lex cum pupillus.ff.de tu.ꝛ ra.dist. ꝛ.d.l.si plures.ff.de admi.tuto.sed in pluribus fideius.Dy. approbat illam gloss.quia vnus non habet actionem contra alium:vt.l.fideius.ff.de fideius.Cy.C.de duo.re. l.j.dicit quod etiam in fideiusso.forte illa gl. non bene dicit nec dicit plus ꝛ verum dicit:vt.j. dicã. Alia est opi.Jo.q̃ cõiter per glo.tenet̃ ꝙ pro parte tñ cessio fiat vt hac glo.per.l.alle. in ea . doc. tñ.C.de duo.re.l.j.distinguunt circa.h.tñ qꝛ imperfecte distinguũt ideo ego examinabo hãc.q.ꝑ tres qõnes.prima inq̃tũ cedatur vni ex pluribus tutoribus . scðã inq̃tum vni ex pluribus correis: Tertia inquantũ vni ex pluribus fideius. vel mã-
7 datoribus.¶Circa✝primum [b]aut conuenitur ex
b dolo ꝓprio vel cõi: tunc non d3 fieri cessio in alio

quo:vt

quo:vt.l.si plures.ij.ff.de admi.tuto.aut conuenitur ex culpa.ꝛ tunc aut ex culpa ꝓpria tantũ ꝛ in nullo fit cessio.aut ex culpa alterius tantũ.ꝛ in totum fit cessio.aut ex culpa cõmuni ꝛ fit cessio pro ea parte que contingit cõtutorem tantũ:vt.ff.cõmo.l.vnde queritur.ꝛ.l.si plures.ff.de admini. tuto.ꝛ.l.cum pupillus.ff.de tu.ꝛ ra.dist.facit.l. cuz possessor.j.de censi.ꝛ.l.quesitum.ff.de peculio. et ad.l.rhodiam de iac.l.j.ꝛ.l.ij.§.equissimũ. ¶Cir
8 ca scðz ✝.s.circa duos reos.dic aut ipsi sunt obligati ex mera liberalitate:qꝛ nihil ad eos pro illa obligatione peruenit:ꝛ tunc in nullo fit cessio nisi sint socij:vt.l.in.l.fal.hoc esse obseruãduz.ff.ad l.falci.per quam.l. tenet hic Guil. aut sunt obligati ex alia causa.ꝛ tũc aut sunt plures correi ex contractu vel quasi in quo venit dolus vel culpa. ꝛ de illa obligatione tractatur.ꝛ tunc idez dic qð ff. proxime dixi in pluribus tutoribus. Aut sunt obligati alias: vtputa quia acceperunt pecuniaz mutuo vel quia promiserunt ex causa emptionis vel simili. ꝛ sic de tali obligatione primitiua tractatur non de ea que descendit ratione doli vel culpe.ꝛ tunc aut negotium pertinet in totum ad conuentum.ꝛ in nullo fit cessio : aut in totum ad alium correum.ꝛ in totum fit cessio. aut pertinet ad vtrosq3 cõmuniter ꝛ fit cessio tantum pro illa parte pro qua pertinet tantũ ad illum correũ.per l.ff.alleg.ꝛ per id qð no.in glo.in.l.vir vxori.§.fi. ff.ad velleia.ꝛ quod dixi vobis:in.l.reos. in prin. ff.de duo.re.reprobata in omnibus predictis distinctione glo.posita in.d.l.si plures. videlicet an sit renuntiatum beneficio diuisionis vel non per
9 rationem Dyni supradictam.¶Circa tertiũ✝ casum.s.circa plures fideius.Dy. tenet illam distinctionem:sc3 si est renuntiatum beneficio fit cessio insolidum:alias pro parte. puto ꝙ ista distinctio non sit vera nam posito ꝙ beneficio diuisionis sit renuntiatum:si opi.Dy.esset vera ista actio quam creditor habet contra fideius. haberet in se illud onus annexum quod actionem insolidum teneretur cedere contra alios. cum ergo ista causa transiret ad fideiussores cui facta esset cessio:vt.l.põponius.§.cum quis.de acquirẽ.pos.ꝛ.l. apud celsum.§.de autoris.ꝛ quod ibi no. de do.except. si igitur fideiussor ageret actione sibi cessa insolidũ contra alium fideiussorem: diceret iste secũdo cõuentus : cedas mihi actiones insolidum contra alios:ꝛ sic haberet necesse cedere contra seipsuz: ꝛ sic peteret pro parte sua quod redditurus esset contra.l.dolo facis.ff.de doli exceptione.ꝛ sic est eadem ratio in pluribus fideiusso. que est in pluribus tutoribus:dico ergo quod fideiussori contra principalem ceditur insolidum: contra fideiussorem vero fit cessio pro parte fideiussoris. vt dicam.j.proxi.q.quod hoc sit idem in fideiussoribus quod in tutoribus quasi tenet glo. in dicta.l. cum his et.l.cum fideiubeat.ff.de fideius.¶Que
10 ro iuxta ✝hoc pone ꝙ sunt tres rei vel tres tutores vel fideiussores. ꝛ vnus soluit insolidum. an saltem pro duabus partibus ceterorum fiat cessio insolidum gloss. que est hic dicit ꝙ sic ꝛ bene: et est ratio quia tale ius debet cedere quale est

apud eum vt.l. stichum.§. penultimo.j.eodem.ꝛ.l.secunda. C.de fideiussoribus.ꝛ hoc etiam tenet glo. ꝛ Cynus ibidem. C.de duobus reis. l.j.Attamen Jaco.de are. hoc intelligit quando alij duo sunt soluẽdo nam si alter eorum soluendo non esset:tunc deberet inuicem periculuz communicari.argumen.l.verum.§. si cum tres.ff.pro soc.ꝛ.l. si plures. ff.de administra.tuto. secundum intellectum Azo.ita etiam tenet Oldra.ꝛ Cy.tangit in.l.ij. C. de duo-
11 bus reis.¶Sed ✝ quero quãdo ille cui facta est cessio contra alios duos insolidum agit contra vnum insolidum ex actione cessa : an debeat illi cedi actio sibi cessa contra alium. dicit Dyn.ꝙ sic. quia etiam vtilis cessa potest cedi:vt.ff.ad trebel.l.j.§.de illo.ꝛ.l.ex asse ꝛ ibi no. eod.titu.ꝛ.l.emptor.ꝛ ibi nota. C. de hereditate vel actio vẽd.¶Que
a ro quinto[a] que actio ✝ debet cedi.
12 Respondeo personalis et hypothecaria contra principalem et contra fideiusso. C.de fideius.l.ij.ꝛ.l. cum alter.ꝛ.ff.de fideius.l. fideiussoribꝰ ꝛ.l.cum his. Item debet cedere officium iudicis qð cedi potest: vt.l. si minoris.ff.de admi.tu.ꝛ.l.ꝙ si minor.§.fin.ff.de mino. Item puto ꝙ debeat cedere naturalẽ obligationem tantũ si illam solaz habet quia ꝛ cedi põt:vt.l.si eius.ff. ad trebel.
13 ¶Sed ✝ quero iuxta predicta an in hac cessione requirantur ille solẽnitates que ponuntur in.l.per diuersas.ꝛ in.l. ab anastasio.C. man. respond. non vt expresse dicitur in text.in dicta.l.per diuersas. ¶Se
14 ptimo ✝ quero quid si creditor dictas actiones non potest cedere.respondeo vt plene dixi in dicta .l. si stipulatus.§.si ex duobus.ff.de fideius.non sunt alia.

1 ☞Solutio non reconciliatur cõmistione numorum quando sunt excepti mala fide.

SI alieni. Commistione numorum recõciliatur solutio. h.d. ¶Oppo.ꝙ mistione non efficiantur recipientis vt.l. si frumentum.ff.de rei vendi. et insti. de rerum diuisio.§.si frumentũ.sol. speciale est in nummis propter singularia precepta: vt.l. singularia.ff.si
1 cer.peta. ¶Quero ✝ hic loquitur qñ bona fide accepit: q̃d si accepit

a ¶Quinto quero. vide que dixi post barto. in.l. ꝑ diuersas. C.mand.

a ¶Si stipulatus.§.fi lancem. Istū tex. tene menti singulariter in fi.ad id qđ no.Bal.per illū tex. in auc.dos data. C.de dona. ante nup. de depositario qui in iudicio fecit inquirere deponētem cum vellet ei restituere depositū vtrum expense facte in iudicio deheāt restitui depositario vbi dixit q̄ sic.ꝛ facit qđ no. Bar.in.l.si reus paratus.s.de procur.fm Imol. hic ꝛ oēs sed Bal.in auc.contra qui propriam in fi.de non nu.pecu.tenet q̄ si in prima citatione cōfiteatur reus non condemnatur in expensis vt ibi patet in corpore ad quod vide no. per Bal. in.l. non ignorat. C.de fruc.ꝛ lit.expen. 1

b ¶Habes in glo.Adde gloss.ꝛ doc.in.l.j.in fi.C. de anna excep.

c ¶Si cū cornelius.Limita hāc.l.fm Jo.an. in addi.Specu.in titu.de deposito in rubrica nisi creditor iam acceptauit illum debitorem:quia tunc nō potest mandans illud mandatum reuocare per.l. si ego.s.de nego.gest. Adde q̄ idem tenet Paul. de cast.hic Ange.ꝛ Alex. in.l. qui vsusfructus.s. de verbo.obli.Bal.in.l.fi.C.de noua.

d ¶Ibi nec cām.Mo.qđ pactū inutile opat idē qđ simplex mandatū qđ not.fm Bal.in.l. pe. in. vij. col.C.de ac.ꝛ obli.sed cōtra.hoc ꝛ cōtra illū tex. Bal.in.l.iij.C.de ẓhen.ꝛ cōmit.stipu.inducit illum tex.adde Bar.in.l.si cum fundum.de pac. et ad hāc.l.vide oīno Bar.in.d.l.j.s.de pac. hic alle.ꝛ tex.in.l.si cū tuā.C.de ẓhē.ꝛ cōmit.stipu.

e ☞Andr.Poma. ¶Jus queritur vide Feli.in.c. ceterū.col.xv.de rescrip.ꝛ Alexā.cōsi.xcv.vol.iij. ꝛ ibi ponit per que verba videatur quis magis adiectus ad recipiendum solutionem q̄ sibi aliqua quaratur obligatio: ꝛ ibi ponit an talis possit renouare sine nouo mandato eius cui quesita est obligatio nec aliud facere exēplificando:vt ibi per eū.

f ¶Vel inimicus. Adde Bal. ꝛ imo.in.l. eum qui ita.§. qui sibi.s. de verbo. obligationi. ꝛ omnino Bar.in.l.in confirmando.s. de confir.tu. Bart: in.l.falsus.C.de fur.Bal.in.l. mandatum. ꝛ in.l. cum mandati.C.mandati.ꝛ Bal.in.l.pater.§. fi. e s.de legi.tuto.ꝛ ibi Ly.ꝛ Bal.ꝛ facit quod not. 1 in.c.ij.de procura.lib.vj.ꝛ Barto.in.l.liberto.§. f lar.de annu.lega. Et limita nisi debitor habeat facultatem soluendi domino vnum ꝛ pcuratori seu adiecto aliud quoniam per mutationem status in persunam procuratoris vel adiecti non intelligitur mutata voluntas domini ꝛ sic nec potestas soluendi illi casus est notabilis. in.l. stichum. in.§. vsusfructus.vbi hoc not.Ange.j.eod. et dic etiaz vt habes post Barto.s.eo. in.l. cum quis. et que dixi in dicto.§.qui sibi. ꝛ ad Barto. hic per istuz tex.adde Bald.in dicta.l.pater. vbi istud intelligitur esse verum quo ad debitores scientes con-

p **Ecuniam.** Per aspectum queritur dominium rei solute.hoc dicit.

Prout quisq; Quelibet obligatio dissoluitur eo modo quo ligat. h.d. ¶Oppo.l.sicut.ꝛ.l.in omnibus.s.eo. sol. q̄ hic dr pōt dissolui non negat quin ꝛ alijs modis possit dissolui:vtputa confusione vel alijs modis. ☞Solutio q̄ cōferē in persona adiecti est facti mere ꝛ ideo heredi eius solui non potest. 2

Si stipulatus. Veres ad iecti non pōt solutionē recipere.h.d. ¶Quero q̄ est ratio.dicūt q̄dā q̄ morte ad iecti videt revocatū mandatū.quod glo.reprehendit ꝛ bene vt habes in glo. Dicit ergo q̄ ratio est ista † q: solutio prout in persona adiecti cōfertur est mere facti ideo ad heredē nō transit:vt.l.qui heredi.in princi.s. de condi.ꝛ demon.dixi in.l.eū qui.§.qui sibi.s.de ver.obli.

Si lancem. [a] Res indiuidua quo ad solutionem pōt quibusdā ex heredib⁹ solui mādato iudicis.h.d. ꝛ est pulcher casus ꝛ menti tenēdus. Quidā dicūt p hūc tex. q̄ actio depositi nō nascit nisi dolo cōmisso:sed glo. dicit ꝛ melius q̄ obligatio ꝛ actio ad rei restitutionē statim nascit facto depositi: sed actio ratione doli non oritur nisi dolo commisso:quod dicvt habes in glo.[b] a

☞Procurator censetur revocatus si post. mandatum effectus est ribaldus.

Si cum cornelius. [c] Pactus de soluēdo tertio ex interuallo appositū idē opat q̄ simplex mādatum. h.d. singlaris lex ꝛ mēti tenēda quā nescio alibi. Mo.tex.ibi nec cau sam⁹ habuisset.ꝛc. Mot. q̄ dixi in summario.facit ad hoc.s. de donatio.l. hoc iure.§.si quis dederit. ¶Oppo.s. eod.l.vero procuratori.solu.aliud in adiecto tempore stipulationis contracte.aliud in isto pacto ex interuallo apposito quod dic:vt dixi in.d.§.si qs dederit. ¶Item oppo.C.de iure do.l.ij.ꝛ.l. cuz marit⁹. §.fi.s.de pac.do.so.ibi ille cui debebat solui fuit stipulatus:hic secus. ¶Ultimo ex hac.l.no. duo. primo habes hic casum.q.no.s.de pact.l.j. quod si promittis mihi quod dabis illi tertio: illi nullū ius queritur.[e] Jtē † per fin.huius.l. determinat Dy.ꝛ alij doc.q̄ si post mandatum factū pcurator est factus quidam ribaldus vel inimicus[e] vel alb conditionem mutauit in deterius:qđ videtur eo ipso reuocatum mandatum:vt hic.ꝛ.l. cum quis. in princ.s.eo.titu.ꝛ hoc tenet Ly.C.de fur.l. falsus in prima questione. b c e

Si tuo seruo. Qui solui debitum naturaliter tantum non repetit.h.d.

Visti. Oppo.de.l. cum quis.§. de peculio.s.e.so.intellige pnhui⁹.l.qđ lis pēdet vel ab solut⁹ est oño: qz in peculio nihil erat;vel soluit certā partem. d

partem non sufficientem ad debitum:secus si solusset totum vt in contrario.

Solidum. Ibi non minus quantitate quam die: dic ideo si offeratur post diē nō teneor recipere sine interesse fm Jaco.de are.

1 ☞Procurator litis solui non potest nisi aliter esset generalis.nu.3.

2 Procurator constitutus ad exigendū quādo post sit solutionem recipere.
Procurator ad lites qđ habeat actionē iudicati directā ꝛ oñs vtilem sine cessione. Jtē hz actionē iudicati si habet mandatum generale.
Tutor habet administrationem generalem etiaz ad lites. 4

4 Procurator ad lites potest executionem sententie in qua fuit procurator petere si in mandato dicitur ad lites presentes ꝛ futuras nō virtute simplicis mandati.
Procurator ad lites simpl'r cōstitutus pōt petere executionem sñie ante mandatum late.

5 Forma libelli qñ ꝓcurator ad agendū cōstitutus non ad solutionem recipiendam agit.

Hoc iure. Procurator litis non potest solui nisi ad hoc datus sit.hoc dicit nor.l. ¶Mota quod † procuratori litis nō pōt solui. simile in.l.sed si tantum.s.de pactis. Secundo nota qđ procuratori non datur actio iudica. ¶Ad primū dictum oppoui.de.l.iiij. C.de noua.ꝛ de solutio. l.inductum.fol.Jaco.de are. [a] ibi fuit datus procurator ad exigendum:quodverbum importat ab inuito extorquere.vt.l.fideicōmissa.§.si rem.s.de leg.iij.ideo ei potest solui.hic fuit datus simpliciter ad agendum:fm eum qđ satis placet. ¶† Tamen contra b̄ op.de.l.iij.s.fol.ma.ꝛ quod ibi no. vbi verbū exigendi non continet quod possit recipere solutionē. Rñ.mandatum de exigendo qñq̄ fit seruo vel alij qui in iudicio esse nō pōt:ꝛ tūc sine dubio refertur ad solutionēvt possit recipere. nam ad actū iudicialē non pōt referri: qz seruus non pōt experiri in iudicio.vt.s.eo.l. si qs seruo. Aut refertur ad liberū:ꝛ tunc aut refert simpliciter: aut cū adiuncto. Primo casu intelligitur q̄ possit agere ꝛ solutionē recipere. vt.l.iij.C. de noua.ꝛ.l.inductū.de solu. aut profertur cum adiuncto.ꝛ tunc aut adiungit actui experiundi in iudicio:vt si dico facio pcuratorē ad agendū:exigē dū ꝛc. ꝛ tunc sine dubio importat: vt solutionem possit recipere:alis nihil importaret. aut adiungit verbū recipiendi solutionē.vt facio te procuratorē ad exigendū ꝛ solutionē recipiēdū ꝛc. et tunc sine dubio verbū exigendi non cōtinet q̄ possit solutionē recipere:qz ꝓpter expressionem alterius apparet proferentē noluisse sub illo verbo ad exigendum comprehēdiqđ possit solutionē recipere.ꝛita loquit.l.iij.s.fol.ma. ¶Item opp.de l.cū quis.§.si debitorē.ꝛ.l.vero pcuratori.s.eo. 3 †Solu.ibi loquit in generali pcuratore omniū bonoꝝ.hic loquit in pcura.ad litem tm̄.ꝛ ideo dico q̄ si pcurator esset ad lites ꝛ alias generalis e non posset solui ex vigore illius mādati: qđ hz ditionem deterioratā: sed quid si effectus fuerit furiosus idem dicas secundum Baldum.in.l.j. in vltim. colum. C.de senten. et adde q̄ si mutat statum incompassibilem mandato vel in quo potest dominus minus quam prius reuocatur mādatum secundum Baldum in dicta.l. mandatū. in.vj. colum. ꝛ ibi ponit multos casus. ¶Hoc in re. Ja. de are. Jtem cū Barto. cuius opi.est verior tenet Bald. in l.falsus.in ij. colum. C.de fur. ꝛin.l.j.C. qui.res in di.nonno. ꝛ l. quod quis. in princi. C. de procura.ꝛ in.l.nam ꝛ nocere. ꝛ ibi Ange.s. de pactis.ꝛ adde tex.in.l. solutum. §. solutam.s.de pig.ac.ꝛ no.in.l.fideicōmissa.§.si rex.ff.de leg.iij. Contrarium tenuit Specu.in titu.de procura.§. vt autem versicu.verū ad cuitandas per text.ꝛ gl. in.d.l.iij.sed opi Barto. est verior ꝛ facit. l.verbum exacte. de verborum significationi. et vide Bald. in.l.item magistris. in lectura anti.s. de pactis. ꝛ ibi Alexand. Et adde q̄ exigere etiam verificatur in sponte soluente.vt in.d.l. si cū dotem.§.si post.solu.matrimo.vide ibi Jmo. ꝛ vide Bartolum in.l.j.in vltim. colum. C. de senten.ꝛ hanc.l.limita nisi procura.habeat liberam administrationem illius cause quia tunc poterit transigere ꝛ fortius solutionem recipere.vt in cap. qui. ad agendum.de procura. lib.vj.in fin. secus si in instrumento continetur. Concedimus in predictis plenam ꝛ liberā administrationem quia tunc intelligetur liberam solum super instantia nō super causa. Nec potest solutionē recipere vt singula.dixit Bart.in.l.qui rome.§. callimachus. de ver.obli.ꝛ predicta vera quando habuit administrationem certe cause specialiter nominate: secꝰ si fuerit constitutus ꝓcurator ad causam quā talis est habitur⁹ cū tali.qz tūc intelligit solū de lite seu instātia. ꝛ quo ad illa tm̄ dicit talis habere liberam administrationē fm Bar.in dicto.§.callimachus.quod bene no.ꝛ pungit Rapha. hic tm̄. non firmat. Adde an habens mandatum ad agendum.ꝛ exigendum possit recipere a sponte soluēte Paulum de castro consilio. xlvij.

a ¶ Plus placet. Adde quod habetur in.l. si procuratoꝛ meus.⁊ quod ibi no. Bar. ff. de procu.
b ¶ Formationem libelli. vide in glos. in.l. rescriptum. ff. de pactis.
c ¶ Solutionem recipere. idem tenet Bart. in.l. si tantum. ff. de pac.
d ¶ Filie. vide ad huius.l. intellectū.l. vero.⁊ quod ibi scripsi ff.e.⁊ bal. i.l. qui id in aliena. §. q̄q̄. ff. ꝺ neg. gest. ☞ And. Pomate.
d ¶ Filie. Istuꝫ tex. alleg. do. Alex. consil. xxxvij. colū.j. volu. iij. qđ mater et auia non est legitima administratrix bonoꝝ filij vel nepotis.
e ¶ Notabilis.l. Et no. h tex. ꝙ mater non est legitima administratrix bonorum vt alleg. Bal. in.l. qui aliena.C. de procu.⁊ de intellectu huius.l. vide Bal. post Bar. in.l. si vt proponis.C. de rei vē. bene pōt esse cōmissoria.i. sibi cōmitti administratio bonorum tam per tutores quam per alios.l. si mater.⁊ ibi Bal.C. ad velle. et vide in.d.l. qui in aliena. §. q̄q̄. de neg. gest. Adde ꝙ pulchre cōsuluit bal. consi. cccxxix. iiij. lib. pro quadam ducissa.

a plus placet^a: qꝛ reperio ecōtra q̄n procuratoꝛ est condēnatus qđ ipse tenetur directa ⁊ dn̄s vtili. vt.l. iiij. §. si ex cōuentione. ff. de re iudi. et ibi no. in vlti. glo. §.⁊ tn̄ constat ꝙ in procuratore actio iudicati nō datur. vt.d.l. iiij. in prin. de re iudica. ¶ Cōtra hoc oppo. de.l. ij.⁊ iij. ff. de admi. tu. Sol. tutoꝛ habet administrationē generalē nō solū ad lites.⁊ ideo pōt actionē iudicati intentare ex vigore generalis administrationis sibi concesse: ideꝫ dico in procu. qui hꝫ mādatū ad lites: et alias haberet generale mādatum. nā ex vigore istius mādati generalis posset actionē iudicati intenta-
5 re.⁊ hoc perpetuo tene mēti. † nāꝫ semel in ciuitate ista dicebam ꝙ ꝓcuratoꝛ ad lites nō poterat petere ꝙ sentētia mādaretur executioni. hoc tamen intelligo verum q̄n petit excutionem sn̄ie in qua ipse fuit ꝓcura. nam sn̄ia lata finitū est eius mandatum. ita loquitur hic: ⁊ iam noua lis incepit esse. sed sententias latas ante mandatum sibi factū nō video quare non posset petere mādari executioni: vel quare actioneꝫ iudicati intentare non possit: cum illud aliquo respectu possit dici lis: ⁊ litis exercitium est mandatuꝫ. Et ideꝫ dico si esset factus procuratoꝛ ad lites presentes ⁊ futuras quod petere possit executioni sententiaꝫ mandari.⁊ actionem iudicati intentare ex vigore mandati ad lites futuras non ex vigore simplicis mandati. pro hoc facit qđ not. gl. ⁊ ego clarius dixi in.l. dāni. §. si is qui vicinas. ff. de dam. infect. ⁊ hec sunt
6 multū vtilia † ad formationē libel-
b li^b. nam procuratoꝛ qui est ad agēdum ⁊ non potest solutionē recipere debet cōcludere in libello reum cōdemnari sibi. vt.l.j.C. de senten. ⁊ dandū ⁊ soluendū dn̄o vel alij legitime recipienti pro eo: nā si peteret reū cōdēnari ad dandū sibi non ꝓcederet libellus nisi in casu ī quo
c possit solutionē recipe^c: vt dictū est. ff. et eodē mō q̄n ꝓcura. intētaret actionē iudicati, vel peteret executionē sn̄ie: sed si sibi nō pōt solui debet petere cogi ad soluēdum dn̄o. pro hoc facit qđ dixi in coniuncta persona in.l. vero procura. ff. eo. tit.

Quodlibet. Opp. de.l. si is cui. §. fi.j. eo. tit. so. qđ dicit hic quodlibet debitum intellige quod possit ab inuito exigi. nā si est debitum ꝙ non possit exigi non videtur mandatū quod exigatur.
1 ☞ Extraneus nō tutoꝛ acquirens ex re pupilli ipso pupillo acquirit in subsidium.
2 Negotiorum gestori quando solui possit.
Procuratori constituto ad vendendum. solui pōt
3 Pupillo acquirit indistincte per tutorē ex re pupilli etiā si nomine pupilli nō cōtrahat.

d **Ille.** ^d Ex re † pupilli per extraneū nō tutorē sibi nō queri-
1 tur: nisi in subsidium. h.d.⁊ est notabi-
dilationē ocedere ex virtute alicuius arbitrij p̄di
ctor. Rñ.nō puto vltra tps triū mēsiū vltra illud
qd alias debitores habebāt.arg.§.de iure fis.l.in
fraudē.§.fiscalib' debitorib'.ouncta.l j.§.pe.C.
14 de cad.tol. † Sz an possint iudicib' ciuitatū au
d toritatē tollere[d] vel interdicere iurisdictionē sup
petitione dictorū debitorū. Rñdeo si quidē iudi-
ces predicti non habent iurisdictionem ab ordine
illo: sed magis a maiori concilio vel statuto confe
cto a maiori ocilio: ipsi nō pñt iurisdictionē illam
auferre. Si vo habēt ab ordine illo: tunc auferre
possent: cū ipe ordo remaneret iudex. vt.l. vbi ab-
sunt.§.de tut.⁊ cur.da. ab his. ⁊ ideo si interpellat
ordo a creditoribus ⁊ iustitiam nō redderet puni
retur ⁊ teneretur parti ad interesse.in aut. de dis.
iudi.§.j.colla.ix.⁊ dicā.j.de va.⁊ extraordi.cogni.
15 l.fi. Itē † an ex virtute alicuius arbitrij de p̄di
ctis possit nouas gabellas ⁊ vectigalia iponere: ⁊
intelligo p̄dictā qōnē posito p constāti q ciuitas
ipsa seu ppl's possit put de facto videm' facere: li
cet de iure nō possint: vt.l.ij.C.noua vect. Rñdeo
siquidē si illa ciuitate vectigalia ⁊ gabelle nō sunt
solite imponi: ordo eas imponere nō poterit: nisi
specialiter sit eis pmissum.hic eñi est casus qui re
seruatus est populo qui in sua ciuitate iperiū ha-
bet seu obtinet vicē principis sicut reseruat pnci
pi vniuersali per dictū ti. C.noua vecti. Si vo ci-
tas osueuit itpe necessitatis iponere gabellas: tūc
imponere poterūt.hic eñi pōt venire in illo arbi-
trio qd de more ppl'i est.ar.l. vel vni versor.§. de
16 pig.ac.cū si. Itē an † possit ex virtute alicuius
arbitrij de predictis institui noua guerra. Respō
deo potest pro defensione ciuitatis ⁊ suorum iu-
rium.al's autem pro recuperatione rerum perdi-
tarum ex interuallo vt pro inuadēdo res alterius
non posset sine autoritate populi vel maioris con
cilij.arg.eius quod no. per Innocen. extra de re.
spoliato.c.olim causam.⁊ quod dixi.§.de capti.l.
e hostes. Visis ergo[e] quibusda3 particularibus
que fieri non possunt virtute alicuius ex dictis
arbitrijs:

a Nō possunt statuere. Adde qd not. Bar. in.l.ij.de opti.lega. et in l.si per epistolam. de acqui. heredi.

b Item ex virtute. adde quod not. Bal.in.l.miles. C. de testamen.mil.

c Talis arbitrij. idem Bartol. in.l. toties.j. de pollici.

d Autoritatem tollere. Adde quod not. Barto. ad reprimen.qui sunt rebelles.in ver.mille librarum.⁊ vide.j.eodem.l.in ver. tertia regula. et ad materiam de habentibus arbitrium super publica vtilitate vide quod dicitur late. in.l.ij. in fine. §.ad munici.et an habens potestatem tollendi statuta possit illa reformare.dic quod sic. ita tenent docto.in.l.iurisgentium.§.ideo.et ibi Ange.§. de pa.et sic habens potestatem condendi statuta potest emendare et corrigere. C.de emen.iusti.codi. et ibi per Guid.de suza.

e And.Poma. Visis ergo.adde etiā q vigore talis arbitrij nō potuerūt liberare officiales a syndicatu.ita Pau.de ca.in.l.mācipia.C.de ser.fugi.

arbitrijs: videamus aliquas regulas generales
quas reducemus ad practicam ex quibus appare
17 bit virtus predictorū. Primo † regula est affir
matiua q habentes arbitriū super aliquo pñt oia
facere q̄ pncipal'r spectāt ad id sup quo hñt arbi
triū. Scda regula ē q pñt statuere ⁊ facere oia
āñcedētia ppter que ad illud pueniri pōt. Tertia
regula est q possunt statuere ⁊ facere omnia con-
sequentia sine quibus illud explicari cōmode non
potest. Quarta regula est negatiua q non pos-
sunt aliquid facere vel statuere super eo quod nō
spectat ad id super quo eis est cōcessum arbitriū.
Quinta regula est q non possunt aliquid face-
re vel statuere super eo quod est accessoriu3 alte-
rius qd nō spectat ad id super quo cōcessu3 est ar
bitrium: licet illud accessorium videatur ad illud
spectare. Declaremus istas regulas. prima re-
gula est q habentes arbitrium super aliquo pos-
sunt omnia facere ⁊ statuere que pncipaliter spe-
ctant ad id super quo habēt arbitrium. probatur
§.de arbi.l. non distinguemus.§.de officio.et.§.
manda.l.diligenter.de exerci.l.j.§.non autem. et
§.igitur.⁊ de insti.l. sed ⁊ si pupillus.§. conditio.
cu3 si.et ista regula videt indubitabilis. Subij-
a ciamus[a]. exempla † datum est prioribus ciuita-
18 tis[b] arbitriū super bono ⁊ pacifico statu ciuitatis:
b certe hui' vigore poterunt hoīes habētes insimul
c inimicitias cogere ad pacem[c]: vt.l.equissimum.§.
de vsufruc.et.l.si fur.eo. tit.nam per istas ciuiles
contentiones respu.leditur: vt.§.de capt.l.si quis
ingenuam.§.fi.facit.§.de offi.prefi.l. congruit.in
prin.de offi.prefec.vrb.l.j.§.quies. Sed cōtra
oppo.quia istud non videtur principaliter perti-
nere ad publicam vtilitatem: sed per quandam cō
sequentiam: vt di. ta.l.si quis ingenuā.§.fi. ⁊ sic vi
detur quod non veniat in arbitrio eis concesso: vt
§.ad municipa.l.libertus.§.fina. de fideiussori.l.
fideiussor magistratū.⁊ de magi.cōue.l.j.§.j. Re-
19 spondeo † hoc quod dico principaliter: pōt intel
ligi duobus modis.vno modo vt denotet ordine3
nature: vt in hoc exemplo.verberatur filius certe
ipse filius principaliter iniuriatur.⁊ pater per cō
sequētiam: vt.l.j.§.j.de iniu.certe isto casu dictio
principaliter nō denotat ordinem temporis: quia
eodem instāti fit iniuria patri ⁊ filio: sed denotat
quenda3 ordinē nature qui intellectu percipitur.
Secundo modo potest intelligi vt denotet ordinē
intellectus in quo est sciendū: q in intellectu finis
dicitur principiū: ⁊ illud dicitur principaliter eē
finis: ad quod intellectus finaliter tendit.exēplu3
mandator ⁊ fideiussor licet ante reū intercedat d?
teneri accessorie: eius reus pncipaliter. ratio est:
q: ad hūc finē ōhentes tendebāt. Itē potest poni
exemplū per.l.⁊ si nō sint.§.pueniamus.§. de au-
ro ⁊ ar.leg.⁊ de arbi.l.nō distinguemus.§.pncipa
liter al's est sub.l.item si vnus.eo.ti. ⁊ iste secūdus
modus est prior. Hoc premisso si poneremus q
in intellectu fieret aliquid ad duos fines equali-
ter.respectu cuiuslibet diceretur principaliter fie
ri: exemplum in duobus reis: vnus obligatur ho
die: alius cras: l3 sit prior in tēpore: tñ quilibet di-
citur pncipaliter obligatus: vt.§.de duo.re.l.iij.
in prin. Item ex hoc sequit q si sunt
plures persone que faciunt vnum
actum. si tñ faciunt ad diuersos fi-
nes: in psona cuiuslibet diceretur
principaliter fieri respectu finis in-
tellecti per eū. Exemplum emptor
⁊ vēditor faciūt vnū octū vn' pnci-
paliter tendit vt habeat rē: alter pn
cipaliter vt habeat pretiū.vt.l.j. de
ohē.emp.⁊.l.j.de re.pmu.⁊ hoc re-
spectu dico q qñ filio fit iniuria a
sciente eū filiumfami. vtriq3 lex dat
principaliter actionem scilicet pa-
tri ⁊ filio: vt.l.eum qui nocentē.§.
fin.§.de iniur.facit.d.l.j.§.adeo.de
iniu. Modo ad ppositum licet ini-
micitie ⁊ brige tendant principali-
ter ad damnum priuatorum inspe-
cto ordine nature. secundario ad
rēpu. tñ inspecto ordine intellect'
iuris ius imaginat vtrunq3 princi-
paliter ledi: sc3 puatos ⁊ rēpu. nec
obst.§.de magi.oue.l.j.i pri. q: lic3
respu.ledat principaliter vt dixi: tñ
nō ledit dāno pecuniario ⁊ estima
bili qd ille fideiussor pmiserat.istā
solutionē ponit tex.§. ad munici.l.
ij.circa finē. Scias q3 q illd arbitriū
sup bono ⁊ pacifico statu est multū
latū.cōprehēdit eñi arbitriū super
abūdātia sup custodia q̄si sup oia.
argu.l.j.§.cura carnis. ⁊.§.seq. §.
de offi. pfec. vrb. alia plura exem-
pla possent poni circa hāc pmā re-
20 gulā q omitto. Scda regula † est
q pñt statuere ⁊ facere oia antece-
dētia id sup q hñt arbitriū: ppter
q ad illud pueniri pōt. pbat i.l. cui
iurisdic.§.de iur.omni.iudi.⁊.§.de
pcur.l.ad rē.⁊.l.ad legatū.cū simi.
pono exēplū habētes arbitriū sup
abūdātia volūt facere statutū: q ru
stici nō possunt detineri in ciuitate
p testimonio vltra vnā diē: vel qd
rustici nō cogant psonaliter venire
ad custodiā ciuitatis: s3 possint ser-
uire p substitutū: adiecta cāvt cultu
ra agrorū nō impediat: ⁊ habeatur
abūdātia in ciuitate.certe q fit abū
dātia istud est principale sup quo
habēt arbitriū. q rustici nō vexent
est quoddā preambulū siue antece-
dens p qd puenit ad illud. hoc po-
terūt facere.casus est.j.de nundin.
l.secūda.i greco.facit.C.q res pig.
obli.pos.l. pign.et auten.agriculto
res: i corpore vñ sumit. Itē posset
acqrere pecuniā mutuo p expediē
dis his q ptinēt ad abundantiā. ar-
gu.l.j.§.nō aūt.de exercito. Ite3
potest poni exemplum habens ar-
bitrium prouidendi vnde pecunia

a Subijciamus. vid q consului p comite vigone de rangonibus. And. Barba. Andreas Pomate.

b Ciuitatis vide ad hec ro. cō sil. cccclxvij. vbi dr q habentes arbitriū puidēdi p cōseruatiōe alicui' loci.nō poterūt sine iusta cā priuare rectores ipsius loci officijs suis.

c Cogere ad pacem. vide Bar. ⁊ Bal. in.j.constitu. C.⁊ Bar. in.l. de fideicōmis. de trāsac.

a ¶Etiam officiales.⁊ adde quod idẽ sequitur Baldus in.l.j.ad fi.C.si rector prouincie. dicẽs quod si permissum est prioribus statuere super reddenda iustitia poterunt eligere rectores prefigere terminum causis ⁊ adijcere penas. et querit Imola. in.l.j.ff. solu.matri.in pen.q.an habẽtes arbitriũ super bono ⁊ pacifico statu ciuitatis possint statuere quod nobilis faciens brigam puniatur in tantum.et ad materiam vide Joan.an.ĩ pulchra q.in regula eum qui prohibet᷑. in mercuria.in.vj.

b ¶Ad compromittẽdu3. an habentes arbitrium super pacifico statu ciuitatis possint facere statutũ qđ habentes insimul q̃stiones teneantur cõpromittere. adde Bartol.⁊ Bald. in.j. constitu.C.

veniat in cõi: huius vigore possunt statuere ꝙ quicũq3 vocat᷑ ad aliqđ officiũ possit illđ gerere vel seruire p̱ substitutũ soluẽdo cõmuni certã quantitatem pecunie: certe ꝙ pecunia soluatur est id super quo habẽt arbitriũ: ꝙ possint retinere vel per substitutu3 seruire est antecedens ipsius:⁊ hoc possunt per iura.s̃.allega.facit etiam quia de iure est permissum pollicere pecuniã p̱ honore habendo: vt.l.hoc iure in princi. de dona.⁊.l.j.de polli. Ita eade3 ratione licet reip. polliceri remissionem. Plures etiã casus similes possent poni quos omitto. ¶Ad vnu3
21 †tamen aduerte: q2 vigore dicti arbitrij nõ possent statuere vel ordinare seu legẽ facere super aliquo graui etiam ponderoso ⁊ arduo negotio pretextu modice pecunie que daretur cõmuni.ar.l.quemadmodum. C.de agri.⁊ cen.lib.xj. Esset enim decretũ ambitiosum. ambitiosum enĩ dicit᷑ cupidũ: ĩde ambitus.idest cupiditas proprij honoris. vt.s̃.⁊ C.ad.l.iuli.de ambi.⁊ ideo talia decreta dicunt᷑ ambitiosa. id est facta ex cupiditate potius q̃ zelo iustitie.
22 ¶Sed quero † pone habentes arbitrium vnde veniat pecunia in cõi: statuerunt ꝙ mercatoribus reddat᷑ ius summarie vel aliquid aliud: adijcientes causam quia propter hoc mercatores desisterẽt venire ad nũdinas:⁊ s̃m hoc auidius venient ad ciuitatem: ⁊ ex hoc ciues efficiunt᷑ ditiores: vnde eis collecte melius ⁊ facilis imponent᷑: an hoc statutum valeat: videt᷑ ꝙ sic: q2 disponit sup antecedenti: qđ possunt vt dictum est. Solut. dico ꝙ si hoc facerent ex virtute arbitrij quod habent super bono statu ⁊ pacifico ciuitatis: puto qđ valeret: q2 predicta p̱tinent ad statum ciuitatis augẽdum ⁊ conseruandum vt dictum est: sed ex virtute arbitrij qđ habent vnde pecunia veniat in cõi hoc non possunt: quia predicta non p̱tinent ad hoc:⁊ illud qđ dictũ est de antecedẽti est verũ qñ illud antecedẽs de necessitate infert illud cõsequens super quo habẽt arbitrium: vt in exemplo predicto qñ statuunt vt quis possit se excusare a muneribus soluẽdo certã quantitatẽ. secus si ex antecedenti cõseques sequi põt casualiter seu possibiliter. tunc non possunt vt in casu proposito. nã ex statuto premisso scilicet ꝙ ius reddatur summarie possibile erit ꝙ inuitabuntur alij ad veniendum vt ciues efficiantur locupletiores:⁊ forte hoc nõ sequitur. arg. pro hoc.s̃.de neg.gest.l.si negotia. vbi noua negotiatio que põt habere se ad lucrum ⁊ ad damnum nõ debet institui. preterea vt dixi ꝙ possunt disponere super antecedẽti intelligi d3 de antecedẽti proximo vel modicum remoto vt in exemplis premissis: sed super antecedenti multũ remoto. vt in questione nostra nõ possunt.ar.j.de verb.signi.l.in lege censoria.§.ij. vbi dicitur vsus sui causa quod preparatũ est ad vsum sue persone immediate: vel mediante modicis medijs proximis vt coci ⁊ similes. secus si essent multis medijs mediati vt cultores agrorũ. p̱ hoc.s̃.de au.⁊ ar.leg.l.q̃uis.⁊ ibi dixi.⁊ predictas duas notabiles limitationes tene menti. ¶Ter-
23 tia regula † est ꝙ possunt statuere ⁊ facere omnia consequentia ad illud sine quibus explicari illud commode non potest.vt.d.l.cui iurisdictio.s̃.de iurisdict.omn.iudi.⁊ nota.in.l.non distinguemus. §.de officio.s̃.de arbi.⁊ ibi not. ex hoc seq̃tur qđ possunt terminos certos ponere ad implendũ qđ statuũt ⁊ mãdãt.vt.l.q̃d tñ.§.solutionẽ.s̃.de arb. Possunt etiã penã imponere nõ obtẽperantibus: vt.l.j.in fi.s̃.si quis ius di.non obtẽ. Possunt etiã
a officiales[a] ad predicta etiã exequẽda statuere: vt l.ij.s̃.ad muni. qđ itellige nisi alias ordinati essent per cõmune: vt dixi.s̃.circa casus speciales. ¶Cõtra p̃dicta op.⁊ videt᷑ qđ nõ possint penã imponere quasi hoc nõ veniat in arbitrio eis concesso. vt l.quid tamen.§.fi.de arb. Sol. qñq3 cõmittit᷑ arbitrium generaliter vt super abundantia. tunc si faciant sup vno particulari dicti officij per quod dictum officiũ non finitur poterũt: vt.l.non ex oib᷒.s̃.de arbi. Si vero committitur arbitrium super vno negotio particulari. tunc puto idem qđ possint penam imponere: vt.s̃.de verb.obliga.l.ex ea parte.in prin.⁊ qđ ibi no. Non ob.l.quid tamen. §.finali. quia ibi committebatur decisio alicuius litis. vnde lite decisa non potest se vlterius intromittere. hic vero committitur dispositio ⁊ ordinatio certi negotij in q̃ accessorie venit pena. ¶Que-
24 ro † quid si in predictis ⁊ circa predicta statuũt q̃dam que per quandam ꝯñam veniunt et venire possunt contra illos particulares casus ad quos dixi arbitriũ non extẽdi: an valeat: vtputa: q2 ex hoc ius alteri᷒ ledit᷑ vel simi. R̃ñdeo qñq3 hoc cõtingit per quandam ꝯñtiam ex culpa eius cuius ius ledit᷑. exemplũ factum est statutũ ab habentibus arbitrium super bono statu et pacifico statu et publica vtilitate cõis. qđ qui non petierit debitu3 per.x.annos de cetero nõ audiat᷑. certe ex hoc leditur ius creditoris p̃cedẽte tñ culpa et negligentia sua: tũc dico ꝙ statutu3 valebit: vt.l.j.s̃.de vsucap. p̱ hoc tex.optimus.s̃.de re.eo. l.si pupilloꝝ.§.j. ¶Qñq3 hoc põt contingere ex defectu alterius. exemplũ ex vigore dicti arbitrij fecerũt statutũ ꝙ habẽtes q̃ones cogant᷑ ad ꝯpromittendũ[b]
b insimul: certe pec hoc posset ledi ius partis: si arbiter male iudicaret pars lederetur: circa hoc dico[a] ꝙ si aliquis habet sententiam vel instrumenta guarentigie que s̃m statuta tuscie merentur executionem: tunc si statutũ tale non expresse dicit qđ de his compromitterentur hoc non posset: quia sub generalitate nõ veniunt: q2 hoc esset ius partis ledere: vt.l.minor.xxv.an.cui fideiuss.in prin.s̃. de mino. Circa alias ṽo lites dico statutũ valere: nec debet attendi quod vna partium posset ledi ex hoc: quia hoc esset casu:⁊ ita põt tangere actorem sicut reum.argu.l.de fid.cõmisso.C.de trans
25 ac.et ideo dico † quod quando ciuitas ipsa potest facere statutum quod non liceat appellare qđ est quãdo prima ⁊ secunda causa appellatiõis pertinet ad ea3 s̃m ea que dixi in.l.omnes populi. supra de iustitia et iur. qđ tunc ordo ciuitatis ex virtute dicti arbitrij posset hoc statuere. ¶Sed contra predicta facit.s̃.de mino.l.si minor.xxv. annis filio.§.j.quod ibi not. vbi dicitur ꝙ eo ipso qđ quis compromittit leditur: et sic est contra primum dictum. Item assignatur ibi etiam ratio: quia p̱dit beneficiu3 appellandi:⁊ sic apparet qđ tollere beneficiũ appellandi est ledere. R̃ñdeo ibi in minore compromittente quem verisimile est nõ ita diligenter causam suã acturu3 sicut maior. vnde nõ est equalis cõditio ab initio: que ratio cessat ĩ q̃one nostra. Puto tñ ex predictis qđ si decurionum statutũ diceret qđ nõ possit appellari vel ĩ ĩtegrũ restitutio peti ex virtute talis arbitrij qđ hoc valeret in restitutiõe q̃ peteret᷑ ratione erroris: vel alia que vniformiter põt tãgere vtrũq3 litigãte3: sed ad restitutionẽ que impetratur ex causa minoris etatis nõ potest porrigi etia3 si exprimeret᷑: q2 tunc manifeste ius vnius partis lederet᷑. ita qđ nõ alterius. arg. Jo.l.si minor.⁊ ĩtelligo de restitutiõe que peteretur ratione minoris etatis ad recuperationem iuris amissi: secus si peteret restitutione3: quia perdiderat lucru3: hoc enim bene potest fieri per talia decreta: nec est regula impediens. Quãdoq3 per cõsequẽtiam peruenitur ad vnũ de casibus.s̃.enumeratis prohibitis absq3 culpa et facto alicuius: et tunc si hoc contingeret in ꝯsequentia3 alicuius iuris permissi valeret: al's secus: vt.l.j.
26 s̃.de auto.tu.et qđ ibi no.per Dy. ¶Quarta † regula negatiua est quod nõ possunt aliquid facere vel statuere super eo quod non spectat ad id sup quo eis concessum est arbitriu3. hec regula est clarissima: vt.l.diligenter.s̃.mandati.C.si a nõ competen.iudi.l.fi.⁊.ũ.de arbi.l. non distinguemus: §.de officio. ¶Quinta regula negatiua est qđ nõ possunt aliquid facere sup eo quod est accessoriu3 alterius quod non spectat ad id super que eis cõcessum est arbitrium: licet istud accessorium videatur ad illud spectare. ¶Exemplum habent arbitriũ vt pecunia veniat in cõmuni: ideo statuerunt aliquid esse delictum cum prius non erat et pena3 imposuerunt: vt si quis opposuerit aliquam exceptiõem et eam non probauerit puniatur in tantũ. certe hoc non valet. nam pena semper et omni respectu est accessoria ad delictum: vt.l.aliud est fraus.infra de ṽborũ significatio. vnde cũ ipsum delictũ nõ sit id nec ipsu3 antecedẽs nec cõsequẽs eius sup quo habẽt arbitriũ: super ei᷒ accessorio statuere nõ poterũt: l3 ipm accessoriũ videat᷑ ad illud p̱tinere. nã accessoriũ nõ trahit ad se principale. vt.l.ex pupillari.s̃.de vulga.⁊ pupil.et.l.si pacto quo penã.⁊ qđ ibi no.C.de pac.⁊ qđ no.s̃. de pact.l.iurisgentiũ.§.quinimo.ĩ
27 ij.gl. ¶Uisis † ⁊ examinatis dictis regulis videam᷒ aliquas q̃stiões.et primo q̃ro habẽtes talia arbitria faciũt suas p̱fatiões ex q̃bus inferũt id qđ statuũt p̱tinere ad eorum arbitriũ: an his prefationib᷒ sit credendũ[b]: videtur ꝙ nõ nisi p̱bent᷑. vt l.fi.s̃.de exerci.⁊.s̃.de castrẽ.pe.l. si forte. E cõtra ꝙ sic. vt.s̃.de here. insti.l.fi.de exerci.l.j.§.non autem. versi. s3 et si in p̃tijs. Solu. q̃tu3 ad ipsos statuẽtes sc3 q2 ipsi illa cã ⁊ illa rõne quã in prefatiõe exprimunt moti fuerũt ad faciendũ statutũ bñ est eis credẽdũ vt.s̃.de heredi.insti. l.fina. quãtum ad alios credo idem ꝙ illis prefationib᷒ est credẽdũ. casus est in hac.l.s̃m vnã lecturã: ĩ eo qđ dicit ꝙ d3 rescindi. si enĩ nõ rescinderent᷑ essent decreta ipo iure nulla nisi p̱baret᷑. Cũ enĩ ista arbitria nõ cõcedãtur nisi electis ⁊ grauib᷒ personis credẽdum est eis in eo sc3 qđ asserũt. vt.l.j.s̃.de offi.p̃fe.preto.⁊ per hoc p3 respõsio ad
28 contraria. Preterea † in istis extraiudicialibus videtur eis credendu3 s̃m glo. extra de p̱bat.c.post cessionem. facit de proba.c.j.in cle. Nec dicas ꝙ ibi est speciale in papa q2 fateor ꝙ est speciale ne admittatur probatio in contrariũ ex his q̃ narrat q̃ p̃dent ex facto suo: s3 cõtra istos admittit᷑ p̱batio in cõtrariũ: p̱ hoc facit qđ dicit᷑ speciale in mutuo: ꝙ ꝯfessioni p̃lati statur: p̃terq̃ in mutuo: vt in aut᷑. hoc ius porrectũ. ad finẽ.C.de sac.sanc.eccl. Et per hoc põt responderi ad.l.fin.s̃. de exerci. que in mutuo loquitur ꝙ idem putarem hic vt.l.ciuitas.s̃.si cer.pe. p̃dicta vera nisi euidẽtia facti doceret ꝯtrariũ ei᷒ qđ in dictis p̃fationib᷒ asserit᷑: vt in.d.l.si forte.
29 s̃.de ca.pe. ¶Quero qñ † decretũ petit᷑ rescindi corã quo iudice fiet: dixi.s̃.ꝙ fiet corã superiore.⁊ puto ꝙ ille q̃ est iudex appellationũ in ciuitate sit superior: vt.l.j.§.solẽt.s̃. qñ ap.fit. Et hoc verũ qñ ipsi facerẽt autoritate eoꝝ officij. Si ṽo facerẽt autoritate alteri᷒ ordinis vel ꝯcilij hoc sibi cõmittẽtis: tũc si ista rescissio peteret᷑ p̱ modũ appella-

a ¶Circa hoc dico.⁊ no. qđ statutũ disponẽs oẽs causas debere cõpromitti: limitat᷑ nisi q̃s haberet istrumenta vel aliđ ius liq̃dũ.⁊ hic et collige an statutũ valeat. facit ad no. l.elegant᷑. in prin.s̃. de ꝯdi.in de.⁊ adde Bar.in.j. ꝯstitu.C.⁊ ibi Bal. ad fi.⁊ q̃liter dcm̃ statutũ intelligat᷑: vid Ang. ĩ.l.cũ hi.§.si cũ lis.s̃.de trãs act.et qđ ibi dixi post ang.

b ¶Sit credẽdũ. Ad hoc facit quod not. Spe. in titu.de inq̃sitione.§.nunc tractãdũ.ĩ ṽ.q̃d si in literis ⁊c.

a ¶ Quero quo.istud facit ad no.in.l.que sub cōdi.
ss.de cōdi.insti.
b ¶ Quero q̇d.adde qđ not.in.l.si qñ.de lega.j.per
Imol.in.l.iudex postea ꝙ.de re iudi.in vltima co.
c ¶ Quero an.an reformatio possit ab ijsdē q̄ fecerūt reuocari ꝑ barto.in.l.ij.C.đ iurisdi.om.iudi.
d ¶ An aūt.an statutū ꝓcedat iurisdi.ordinariaꝫ vel delegatā.⁊ istud no.bñ vide q̄ habēt i.l.⁊ q;.de iurisdi.om.iudi.⁊ que ibi dixi.et Bar.i.l.ij.i fi.de op.le.⁊.i.l.fi.ad fin.C.vbi et apđ quē in integ.rest.⁊ adde bal.in.l.ij.i fi.C.đ ado.⁊ bar.i.l.j.in fin.qñ ap.fit.et bar.i.d.l.et q;.vbi ēt refert vba Bar.B.⁊ qđ no.Angel.et Imo.i.l.j.§.si q̇s simpliciter.ss.đ vbo.obli.

tionis:⁊ deberet appellari ad illud
cōciliū qđ delegauit cui⁹ autorita
te fit.vt.l.j.ss.q̇s ⁊ a quo ap.fit.Si
vero ista rescissio peteret officio iu
dicis vel iure actiōis tūc peteret co
ram eisdē met ⁊ corā quolibet iudi
ce equali:vel maiori.vt.ss.de mino.
l.ꝑfecti.⁊.l.seq.quo aūt iure petat
dicā.j.proxi.q.An aūt q̇s videatur
facere iure sui officij.an tanq̄ dele
gat⁹ ab alio ēt dicā.j.px.q.¶ Que
a ro quo ᵃ † iure petat ista rescissio.
30 Rñ.qñq; decretū interponit cōtra
certā ꝑsonā.⁊ tunc qñq; petitur ꝑ
modū excusationis:qñq; petit per
modū appellationis.vt.l.j.§.solēt.
ss.qñ app.fit.qñq; vniuersaliter.tūc
credo ꝙ petat iure actiōis scꝫ cōdi
tione ex.l.ista.vt.ss.de cōdi.ex le.l.
j.⁊ hoc videt ꝓbari expsse.C.de cē
si.l.q̄ se grauatos.lib.xj.¶ Quero
31 infra † q̄tū tēpus pōt peti ista rescis
sio decreti.rñdeo qñq; istud petit
ꝑ modū appellatiōis vel excusatio
nis.⁊ tūc hoc petit ifra tpa ad hoc
ꝯstituta:vt dicta.l.j.§.solēt.⁊.C.de
temp.ap.l.j.⁊.ss.de excu.tuto.l.sci
re.§.j.qñq; hoc petit iure actiōis:
et tūc siquidē aliq̇s vult petere re
scindi pretendēs propriū interesse
dꝫ hoc petere ifra annū.vt.d.l.q̄ se
grauatos.si vero ꝑtēdit iteresse pu
blicū:tūc infra decēniū.vt.ss.de di.
⁊ temp.prescrip.l.in oib⁹.§.j.⁊.ss.
32 ti.j.l.calcularij.¶ Quero † quid ᵇ si
b in reformatiõe seu decreto sit dictū
si ⁊ inquantū de iure possunt.q̇d im
portant hec verba.Respondeo ista
verba important si de iure fieri pos
sunt effectualiter vt.l.in tempus.in
pricipio.ss.de here.insti.et.l.hec cō
ditio.ss.de cōdi.⁊ demon.⁊ ideo vbi
alias decretū veniret rescindēduꝫ:
propter ista verba erit nulluꝫ ipso
iure:cū dicta cōditio si possunt:est
de presenti q̄ deficit.ergo disposi
tionē reddit ipso iure nullā:vt.l.cū
ad presens.ss.si cer.pet.⁊ de verbo.
obli.l.cōditio in preteritū.Ex hoc
sequitur ꝙ de hac nullitate poterit
opponi corā quocūq; iudice incidē
ter corā quo tale decretū ꝓducere
tur:vt.l.quoties.C.de iudi.⁊ ord.
iudi.l.j.Itē ex hoc seq̇t qđ de hac
nullitate poterit perpetuo excipi.
vt.l.pure in fi.ss.de doli exce.⁊.l.lꝫ.

C.de excep.qđ nō esset si deberet rescindi.vt.l.nec
nō.§.exēplo.ss.ex q̄.cau.maio.⁊.l.exceptiones i fi.
33 ss.de exceptio.¶ Quero † anᶜ decretum seu refor
c mationem factaꝫ ab eis ipsimet possint reuocare.
Respōdeo quandoq; conceditur arbitrium super
certo actu:tunc si arbitrantur et statuūt circa ipꝫ
actum ita qđ sunt functi eorum officio non pote
rūt postea reuocare:vt.ss.de re iudica.l.iudex.de
arbi.l.quid tamē.in princi.Quandoq; conceditur
arbitriū indeterminate:vtputa prioribus huius ci
uitatis concessum est arbitriū super abūdantia oi
tempore vel certo tempore ex forma statuti:cuius
arbitrij vigore aliquid statuitur:tunc an ipsi pos
sint illud reuocare videndum est:an eis fuerit con
cessum dictum arbitrium per modū cuiusdā pote
statis seu iurisdictiōis ordinarie ita qđ eorum offi
cio hoc incumbat vigore ipsorum officij.tunc ipsi
met poterūt reuocare:q: nemo potest sibi legē im
ponere a qua nō sit licitum recedere.vt.l.si q̇s in
prin.testamēti.ss.de leg.iij.Quādoq; eis hoc cōce
ditur per modum cuiusdam potestatis delegate:
ita qđ ipsi possint autoritate ꝯcilij maioris hoc cō
mittētis:⁊ tunc ipsimet reuocare non poterūt:nisi
eo mō quo possent reuocare ea que facta essent a
dicto maiori concilio.nam ipsum conciliuꝫ maius
videtur hoc fecisse per ipsos quibus hoc commi
sit:vt.l.itē eorū.§.si decuriones.ss.qđ cuiusq; vni.
d no.¶ An autemᵈ † videat concessum per moduꝫ
34 cuiusdam iurisdictiōis ordinarie vel delegate.di
co verba statuti seu reformationis concedentis ar
bitrium esse diligenter inspicienda.si enim hoc cō
cedit officio:vt quia dicunt illa verba ad officium
priorum pertineat ⁊c.tūc videt concessuꝫ officio:
⁊ tūc priores poterūt vigore sui officij ex potesta
te ordinaria.Item in alijs bonis hominibus qui
bus hoc cōmitteretur.Si vero dicerēt vba ꝙ hoc
possent autoritate ꝑsentis cōcilij generalis:⁊ simi
lia verba:tunc hoc non possent vigore eorum offi
cij.hoc probatur in proemio istitutionū circa me
diū ibi nostra autoritate.et.C.de veteri iur.enu
clean.⁊c.l.j.§.omnia enim.et de offi.eius cui man.
l.j.§.qui mādata.⁊ hoc est magis expressuꝫ.de cle
ri.egrotā.c.j.lib.vj.⁊ de supplen.negli.prela.c.j.i
clementi.⁊ de religio.domi.quia contingit.in cle
menti.Si vero verba sunt dubia:vt quia dicūt ta
les habeāt arbitrium ⁊c.tunc aut cōmittitur vnū
factū particulare inter certas personas vel de cer
ta re:⁊ in dubio intelligitur qđ faciant autoritate
concilij concedentis nō ipsoruꝫ autoritate ꝓpria:
vt extra de rescrip.c.cum aliquibus.lib.vj.Juris
dictio eniꝫ ordinaria non cōceditur in re certa vel
in casu particulari.ar.ss.de test.tu.l.si certaruꝫ.sꝫ
debet concedi super quadā vniuersali administra
tione:vt statim dicam.Si vero cōceditur arbitriū
sup vno negotio vniuersali:vt super abundantia:
tūc videt cōcedi iure potestatis ordinarie.vniuer
sitas eniꝫ hoc potest:vt.l.fi.C.de iurisdi.om.iudi.
⁊.l.⁊ quia.ss.de iurisdi.omni.iudi.sed concedendo
super aliquo facto vniuersali videtur cōcedere iu
re ordinarie potestatis:vt.l.j.in princ.⁊.§.cum vr
bem.ss.de offi.prefec.vr.⁊.C.vbi et apud quos.l.
fi.ibi.certe administratiōi cui ⁊ iurisdictio sest ⁊c.
⁊ in prima

a ¶ Ultimo quero.Si habentes arbitrium aliquid statuerunt nec expresserūt se id facere ex vigore arbitrij:vel exprimunt se facere vigore cuiusdam arbitrij ꝙ ad hoc non sufficit cum alias habeant arbitriū sufficiens an act⁹ valeat.adde Bal.in.l.falsus.in.vij.col.C.de furt.⁊ est tex.⁊ ibi Bar.in.l.habebat.ff.de insti.eo.⁊ sequitur Ro.in l.j.§.si q̇s ita.de verbo.obli.
b ¶ In predicta.q.ad de ꝙ questio incipit adunātia gñalis:
c ¶ Quod semel.vide quod dixit ꝑ istaꝫ l.Barto.in.l.j.C.đ administ.reipubl.libro.x.

⁊ in prima constitutione digestorū.
§.penul.⁊ in auꝫ.habita.C.ne filius
pro pat.vbi doctoribus concedit iu
risdictio in scholares que sine du
bio est iurisdictio ordinaria.Et pre
dicta tetigi in quadam disputatio
ne quam disputaui:que incipit adu r
nantia generalis ⁊c.¶ Ultimo que
a ro ᵃquid si predicti habentes arbi
triū aliquid statuunt:nec exprimūt
se facere ex vigore dicti arbitrij:
vel exprimunt se facere ex vigore
cuiusdam arbitrij ad hoc non suffi
ciētis cum alias habeant arbitrium
ad hoc sufficiens:dic vt dixi in pre
b dicta questioneᵇ quam disputaui su
per hoc.⁊ hec sufficiant.
r ☞ Decretum decurionum quādo
transit in formā cōtractus.vtputa
ꝓueniēs ad habitandū sit immunis r
per.x.annos.tunc non potest reuo
care per ciuitatem.

c ## Quod semel.ᶜ

Oppo.de.l.quod iussit.ss.
de re iudi.Solu.aliud in
sententia interlocutoria.aliud in de
cret.Item opp.ss.qđ cuiusq; vniuer

d ¶ Trāsit in formā.vide Bar.in.l.priuilegia.C.de sac.san.eccl.⁊ vide Bal.in.l.cū mihi.ff.de dolo.vide Bal.in.l.qui se patris.C.vnde lib.⁊ in.c.j.§.si.qui feu.da.pos.⁊ vide Pe.de anc.in.c.j.de consti.in.vj.col.⁊ eundē in consi.suo xx.⁊ Inno.in.c.nouit.de iudi.⁊ do.Ant.in.c.cum dilecti.de tempo.or.vide do.Joan.de san.in.c.j.de consti.in.vj.⁊ Inn.in.c.j.in materia de iniur.et dā.da.⁊ Archi.x.q.j.quicunq;.⁊ vide Ange.in cōsilio.l.in.v.col.circa prin.
e ¶ Quasi contractus.not.ꝙ qñ lex transit in cōtractum non potest reuocari.⁊ adde que dixi in.l.cesar.ss.de publi.⁊ adde no.per Bal.in.l.pecuniaꝫ.C.de condi.ob cau.qñ statutum diceret si quis legeret medicinam habeat pro salario centum absq; alia conditione potest legere:⁊ an ciuitas possit reuocare immunitatē.adde Bar.in.l.ij.in fine.ss.de iur.immu.⁊ vide Barto.in.l.omnes populi.⁊ qđ ibi dixi.ss.de iusti.⁊ iur.⁊ Joā.an.in.c.decet de reg.iur.in.vj.⁊ Bal.in.l.nō plures.C.de sac.san.eccle.⁊ in.l.fi.no.C.de cōdi.ob cau.⁊ in.l.si cū mihi.ss.de do.⁊ Jo.an.in addi.Spec.in tit.de censi.§.nunc dicendū in addi.incip.per hanc.l.per Spe.in.d.§.nunc dicēdum.versi.quid si vniuersitas.facit quod habet per Guido.de suza.de no.co.cōpo.super ver.ratas.⁊.l.digna vox.C.de legi.⁊ adde ꝙ si esset concessa absenti posset reuocari ex causa secundum ea que habētur in.l.absenti.ss.de do.Itē potest reuocari ex causa secundum Bald.in.l.fi.ff.de sena.Item lex transiens in priuilegium ecclesie non potest reuocari in eius preiudicium secundum Innocen.in.c.nouit.de iudi.ex quo ibi no.do.Anto.⁊ Flo.quod lex siue statutū transiens in priuilegium siue cōtractuꝫ non subditi non pōt reuocari:secus si in priuilegiū subditi ꝑ no.ꝑ Inn.in.c.in nostra.de iniu.⁊ damno da.licet Imo.limitet eā opi.aliqua subsistēte causa per no.per Inno.i.c.q̄ in ecclesiarum.de consti.⁊ ad materiaꝫ Bar.hic vide roma.in.l.si vero.§.de viro.in cxxiiij.fal.

si.no.l.itē eorum.§.qđ si actor.vbi
etiam decretū rescinditur nuda vo
luntate.dicit glo.ibi speciale:quia
nullius interest actorem reuocari
ante litem contestatam.secus si post
vt.j.eadem.l.§.ex his.quam glos.
r not.ex qua habes † ꝙ quando de
d cretum transit in formamᵈ contra
ctus:vt ꝙ habeat immunitatem a
collectis vsq; ad decem annos:cer
e te impletus est quasi contractusᵉ:
quia ille facit vt habeat immunitatē
⁊ ciuitas dat immunitatem vt ille va
f dat:merito ciuitas nō poteritᶠ re
uocare.Idem si pactum speciale est
factum cum aliquo.vt plene Dy
nus dicit hic et ego plenius dixi in
repeti.l.omnes populi.ss.de iusti
tia ⁊ iure.
☞ Pena statuti non ligat ignoran
tes nisi ignorantia sit crassa.

Municipali.

Not.ꝓ ciui
tas pōt facere statutū ne
aliquis vadat extra suū ter
ritoriū:⁊ eūtes punire.qđ dicvt ple
ne dixi in repetitiõe.l.cūctos popu
los.C.de summa trinitate.¶ Item
ss.sol.ma.

¶ Adde an immūitas possit reuocari.Pet.de ancha.consi.ccliij.
f Andr.Pom.¶ Non poterit.⁊ facit quia licet habens potestatem.l.condende quis non obligat.l.cōtractus vt voluit in specie Bal.⁊ ibi Paul.de castr.in.l.j.ss.de constitu.princi.⁊ ita debet intelligi Bart.in.l.ciuitas.in prin.cum quo transeunt omnes ibi ꝑter Fulg.⁊.d.Alex.ss.si cer.peta.⁊ istā materiā tangunt cano.in.c.nouit.de iudicijs.qđ not.ꝑ publicanis.⁊ vide que posui ad Bartolū in l.oēs populi.colum.viij.in.iij.questiōe principali.versi.circa predicta.ss.de iusti.⁊ iure.⁊ Panormi.in consilio.xlj.colum.iij.in fin.volu.j.⁊.lxiij.col.ij.volu.j.⁊ Pau.de cast.in.l.j.C.de iudi.⁊ Roma.cōsi.lij.in.ij.dubio.⁊ Panor.iij.colum.xix.q.xix.volu.ij.⁊ Cepol.xxiiij.questione.xxvj.⁊.xxvij.⁊ consi.lj.columna penulti.ad fi.eo.volum.ij.⁊.lxj.eo.volumi.⁊.xciiij.colū.iij.in.iij.dubio.eo.vol.⁊ Feli.in.c.j.colum.v.in secunda fallen.de constitu.⁊ in xvj.colū.⁊ in.c.que in ecclesiarum.colū.ix.eo.tit.ad fi.⁊ in.xxj.in princi.⁊ in.c.j.in primo notabili.de proba.⁊ ibi Deciū.⁊ q̄ posui in.d.l.digna vox.vide etiā Panormi.consi.xxxv.colū.ij.volumi.j.et Alex.consi.cj.⁊ seq.⁊ col.v.volu.j.⁊.ccxvj.in.ij.volu.Paul.de castr.in.l.si mihi ⁊ tibi.§.in legatis.ss.de leg.j.in.ij.col.⁊ domi.Anto.in.c.cum.M.col.v.de constitu.⁊ ibi Barba.col.xxxj.⁊ tribus seq.

a ¶Non ligat ignorantes. Quando pena statutiuel generale proclama liget absentes vel ignorantes. adde Inno. in. c. humilis. de maio. & obe. et quod leg. & no. in. c. fi. qui ma. accu. pos.

b ¶Vel supina. idem quando in ignorantia nō poſſet allegari uel impericia: quia alis allegaret infamiā ſuaz: tunc non excuſat. l. ij. et ibi no. qō cuiuſcūq; uniuer. & vide Bal. in. l. neq; . i. iij. colum. de pbat. vbi dicit q; p clamaquo proclamauit talem eſſe natuz ali tempore et ex tali pbat etiam contra tūc nō citatos: qz illi non eſtant citandi. l. j. ī fi. de ven. inſpi. & l. j. in fi. de libe. agno.

c ¶Alle ei? noīe. iſtuz tex. alleg. Ro. ſingu. ſuo. lvj.

d ¶In ſuo facere. adde ad bar. ī. l. ex hoc iure. in pn. ciplo. ſ. d. iudicijs. et ibi dixi.

e ¶Intellige. & vide no. Bar. in. l. ij. C. de fun. limitro. li. xj. & ibi dixi. & ibi etiā an alicui ſit licitū poſſidere caſtrum in confinibus ciuitatis et an quis poſſit vendere partem ſuam caſtri ad emulationē alterius ſi ſibi non prodeſt & alteri nocet. vide per Bal. in. l. j. C. qui teſta. face. non poſ. & adde q; ſi cut non poteſt quis edificare ita nō poterit reficere ſm Inno. in. c. Piſanis. de reſtitu. ſpolia.

f ¶Alterius q̄ro. An poſſit ciuitas facere muros ſine licētia. limita hoc ſingu. vt per doctores in. l. ſi qui adulterium. ſ. j. ſ. de adulte. & vide glo. in. l. per prouincias. C. de edi. priua.

re muros ſumptu tamen ſuo.

Caſtra que ſunt in comitatu poſſunt ſibijpſis proprio tamen ſumptu muros facere dūtamen nō ſpectet ad emulationem ciuitatis.

Opus nouum. Opponi. q; in pubico non liceat opus facere parti. ſ. ne quid in loco publico. & ideo non videtur q; hec lex poſſit intelligi de opere qō fit in publico. Itē nec de eo opere qō fit in priuato: qz cuilibet ꝛz in ſuo facere qō vult: vt. l. per prouinciā. C. de edi. pri. Sol. pōt intelligi q; quis hic volebat edificare in publico ad vtilitatē ciuitatis volēs ſibi donare. & ſic non obſt. titu. ſ. ne quid in lo. pub. qui loquitur quando quis vult edificare ad vtilitatē propriā. Item poteſt intelligi[e] quādo quis vult edificare in loco priuato: qō poteſt dūtamen non tendat ad iniuriam vel emulationem alterius ciuitatis: qō no. † quia ſi aliquis facit munitionem in aliquo loco que poſſet eſſe periculoſa alicui ciuitati nō debet ſibi permitti. & intellige ſi eſſet periculoſa vel eſſet verecūdia alteri ciuitati q̄ ei cui ſubiecta eſt. et hoc eſt qō hic dicitur ad emulationem alterius ciuitatis. not. quod dicit alterius. ¶Quero quid vult hic dicere vel circum theatrum vel amphitheatrum ſit. gl. dicit: id eſt aliqua tūba. Tumbe † appellantur caſalia que ſunt in comitatu q̄ habent aliquā munitionem: vt puta foſſata vel muros. vel dic notabilius qō dicit circum theatrū vel amphiteatrum. i. circa muros ciuitatis: vel intra muros. dicitur enim amphiteatrum ab ambio ambis. qō eſt circundare. facit. ſ. de re. di. l. ſacra. ſ. muros. Et ſi. no. † argu. contra iſtos qui faciunt domos prope muros ciuitatis ex q̄bus poſſet dari introitus ciuitatis vel exit? inimicis vt poſſint prohiberi & facte deſtrui: vt. C. e. l. edificia q̄ vulgo. ¶Vlterius † quero? vtrum liceat alicui ciuitati muros ſibijpſi facere. dicit glo. q; ſic ſumptu ſuo nō ſumptu publico ciuitatis Romane. ¶Item aliquis ꝓuatus hoc non poſſet ſine principis auctoritate: vt no. in. l. ſacra. ſ. muros. ſ. de re. diui. Contra not. C. eod. l. omnes. vbi no. q; ſemper requiritur auctoritas principis: ſiue ciuitas velit ſibi muros de nouo facere ſiue antiquos reparare. ſed iſta gloſ. communiter tenetur. Ex qua habes † q; caſtra q̄ ſunt in comitatu poſſunt ſibijpſis facere muros ſuo ſumptu ſine licentia ciuitatis: quod tamen intellige niſi ſpectet ad emulationez ciuitatis: vt. ſ. dixi.

Si legatum. Iſtam legē proſequere vt in gloſſa.

☞Eps poteſt pecuniam relictā pro cōſtruendo monaſterio illam conuertere in eccleſiam vel monaſterium iam conſtructum.

Pecuniam. No. † arg. q; epiſcopo. † vt poſſit relictū ad eccleſiā vel monaſterium de nouo conſtruendum: conuertere in eccleſiā vel monaſterium iam conſtructum: cum multa ſint monaſteria vel eccleſie conſtructe.

¶De nundinis. Rubrica.

Qui pri-

a ☞Qui priuilegio nō vtitur ſpatio. x. ann. amittit illud.

a **Nundinis.** a Mot. qō qui priuilegio † non vtit ſpatio decē annoz̄ perdit priuilegiū b & ſic facit cōtra Aretinos qz cū fuerit eis cōceſſum priuilegiū doctoz̄ādi: et eo nō fuerūt vſi per decennīū: quod ipſum pdiderunt: de hoc quanto tēpore perdatur priuilegium dic per Ly. C. de di. reſcrip. l. falſo. & extra de cōſtitu. c. cū acceſſiſſent. & p Goffre. extra de reſcrip. ſ. durat.

Si quis ipſos. ¶Mot. cōtra ſtatuta ciuitatum que dicūt quod tricoli a ruſticis nō debeant emere: quia iſta ſtatuta ſunt contra publicam, vtilitatem. vt hic videtis.

¶De pollicitationibus. Rubrica.

☞Speciale eſt in ciuitate qō non valeat promiſſio ſine cauſa.

Si pollicitus. ¶Mota. † quod ſpeciale eſt in ciuitate qō nō valet promiſſio facta ſine cā: ergo apparet qō i pluatis promiſſio facta ſine cā hz vim donatiōis valide. ſimile habetis. ſ. de do. l. hoc iure in principio & ibi dixi. facit quod not. ſ. de doli excep. l. ij. ſ. ſi q̄s ſine cā. ¶Secūdo not. i ver. cepiſſe mirabiles modos incipiēdi. ¶Tertio not. qō q̄s obligatur re in mutuo. ¶Querit glo. qua actiōe petatur tale promiſſum. dicit gl. aut interuenit ſtipulatio & agitur ex ſtipulatione. vel agitur actiōe in factum. vt in glo.

Si quis opus. Mota iſtud quod hic dicitur aſſignauerit. vt poſtea quis non teneatur de periculo. vidiſtis ī l. & ideo. ſ. de verbo. obliga. & habetis in. l. marti?. ſ. locati.

☞Dominiū quando tranſfertur ſine traditione.

Epiſcopus vel eccleſia quod agit p voto eccleſie facto.

Si quis. Oppo. & videtur quod dominum tranſeat incontinenti. vt. l. fi. C. de ſac. ſanc. eccle. ōt gl. † tria verba. quedaz promittuntur ex cōtractu celebrato duorum conſenſu: et in illis non tranſit dominiū regulariter ſine traditione. fallit ī caſibus. d. l. vltime. C. de ſac. ſan. eccle. Qñq; aliquid eſt qō dependet ex cōſenſu vnius tantū. & tūc non tranſfertur dominium etiam in eccleſiam vel ciuitatem vt hic: Ratio eſt ſm Guil. de cu. qz ꝓcurrerent tunc duo ſpecialia. vnum q; ex pollicitatione quis obligaretur. aliud q; ſine traditione[e] trāſfertur dominiū: qō eſſe non debet vt. l. ſ. C. de do. promiſ. et Guil. ponit in. l. ab emptiōe. ſ. de pact. Quandoq; aliquid relinquitur ſeu quis vouet in vltima voluntate. & tūc tranſfertur dominiū. iura ſunt vulgaria. ¶Querit† gl. f q̄s petet hoc votū. f Reſpon. eccleſia vel epiſcopus. vt. C. de epiſc. et

Andre. Pomate. ¶Mūdinis. Adde Bar. pro iſta. l. in. l. fina. ff. de cōſti. principi. & in. l. licitatio. ſ. earū. ff. de pub. doc. in. c. cū acceſſiſſent. de cōſtitu. & i. c. fi. de conſti. li. vj. vbi limitauit hanc. l. vide ibi Jo. An. Jo. de lig. & alios in. c. priuilegia. de priui.

b ¶Perdit priuilegiū Quāto tē pore dat priuilegiū videcano. in. c. cū acceſſiſſēt. extra de cōſti. & ad materiā vide Bar. in. l. fili?. C. de dcurio. libro. x.

¶L. b iure. ſed an dos poſſit peti ex poli. vide p Bald. in rub. C. de do. pmiſ.

¶Si q̄s. Adde qō iſta. l. non hz locū ō iure cano. gl. eſt no. xxij. q. ij. c. mulier. et quo filius fami. obliget ex voto vide Jmo. in. c. cum cōtingat circa mediuz in duobus locis de iure iuran.

¶Qō ſi ne traditione an ex voto trāſferat dominiū ſine tradi. etiā in eccleſiaſticis. adde Barto. & doct. ī. d. l. ij. de furt. & gl. Ly. & Bal. i. l. ſ. & qñ ſi ne traditiōe trāſferat dñiuz & q̄d ī voto ſi legatur vel vouetur q̄d de tēplo cōſtructo. dic q; ſi tēpluz eſt constructuz ſibi acq̄rit abſq; tradi. ſecus in cōſtruēdo. caſus eſt ī. l. ſeruos de alim. le. Mūquid aūt cum legat calix ecclie debeat fieri de auro ſeu de ere. vide Bald. ſb. l. ſi nondum. C. de furt.

¶Querit gl. adde quod no. glo. & doct. in. l. illud. de ſacroſan. eccle.

a ¶Si cui.facit hec.l. ad limitationē eoꝝ que dicit Bar.i.l.ambitiosa.in.iij.co.s̄.de decre.ab or.fac.
b ¶Non venit.adde Bar.in.l.ambitiosa.i.iiij.col. s̄.de decre.ab ordi.facien.
c ¶De pollicitationib⁹. q̄ nō pōt p se an possit p aliū. ⁊ sic hic est casus q̄d si p mittēs est exbānitus liberat p aliū faciēdo q̄d non pōt i loco pmisso facere. vide Bart.i.l. veteris.C. de ꝯben. ⁊ ꝯmit.stip.
d ¶Tertio not. vide Bal.i.l.p diuersas.i iij.q.C. mā. ⁊ vide Bal.i.l.j. C.d ꝯhē. emptio.in iij.q. vbi p istū tex.decidit an bānit⁹ possit vēdere bona et h̄ ad de.l.si creditoris.ad finē.C.de pui.credi.
e ¶Not. et addē quod istis personis nō cōpetit actio locati. sz i factum.vt no.Bar.i l.j.in prin. ff.si men.fal.mo. dix.q̄d tenuit ēt gl'. in.l.j.C.d suf.⁊ ibidē Bal. licet Cy.ꝯ vide tū gl.i.l.j. C.māda.
f ¶Medicus dicit. ⁊ addē baldum in.l.j.C.manda.

1 ☞Ciuitas per suum statutū generale pōt ius alteri quesitum auferre non tamen per speciale.

Toties.

Si cui. a ᵃNo.q̄ ciuitas p suum statutū † nō pōt auferre ius alteri⁹. ita habes casum hic.⁊ l.si priuat⁹. s̄.qui ⁊ a qui.q̄d intellige verū singulariter ꝑcipiēdo vni homini vel q̄busdā hominib⁹. facit ad h̄.s̄.ad municip.l.nō debere.et ad.l.iul.de anno.l.fi.⁊.s̄.de admi.re.ad ci. per ti.l.decuriones.sed generaliter faciendo statuta bene posset.vt.l.venditor.§.si ꝯstat.s̄.communia ꝑdio. ⁊.l.antiochēsiū.s̄.de priuile.credi. facit.l.lucius.§.fina.s̄.ad muni.intelligendo ibi lex id est statutū. Aduerte tamen q̄d licet ciuitas ipsa possit.tamen hoc est verum si vult: sz cōcedēdo arbitriū aliquib⁹ alijs super quibusdā: vt puta vt pecunia veniat in communi vel vt abundantia habeatur ⁊ similia: ex virtute huius arbitrij non venit ᵇ vt ipsi possint ius alterius ledere: sed vt sine alterius iniuria hoc faciāt vt.l.ij.§. meritō.et.§.si quis a principe.s̄.ne quid in lo.public.et.l.nec auus.C.de eman.li.et.l.impuberi.s̄.de admi.tuto.

1 ☞An qui pmisit facere opus debeat facere per se.
2 Et cum suspicio est de aliquo ne fugiat potest interdici bonorum alienatio.

De pollicitationibus. ᶜ No.tex.ibi cum ⁊ absens ⁊c. ¶Nota † q̄d ille q̄ pmisit facere opus dz facere p se si pōt vt hic.⁊.l.imperatores.i princ.j.e.hoc autē q̄d dico per se: intelligo sz qualitatē persone: si ipse est faber faciat suis manib⁹ adhibitis suis ministris secundum qualitatem ⁊ quantitatē operis.si vero nō est faber intelligo quod faciat per se hoc est sua cura ⁊ solicitudine.nō enim liberaretur prestādo pecuniā vt.d.l.imperatores.j.eo.⁊.l.continuus.§.item qui insulam.et in.§.si ab eo.s̄.de verb.obli. ¶Secundo no.q̄d si nō pōt quis facere per se potest facere per alium adhibēdo amicos. ¶Tertio † no.ᵈ q̄ quando est suspicio de aliquo ne fugiat potest interdici venditio seu alienatio bonorū immobilium sicut possunt mobilia sequestrari.quod no.⁊c.

Si quis ob. No.seruandam esse formam pollicitationis. facit quando aliquis relinquit aliquā ecclesiā fieri sub cōditiōe q̄ talis fit ibi rector: q̄ ille debeat preferri. Bar.

In priuatis operibus. Idest in operibus publicis de priuatoꝝ pecunia factis.

Cum quidam. No.q̄ si aliquis dat pecuniam ne grauetur in muneribus publicis perdit pecuniā ⁊ nihilomin⁹ debet grauari muneribus.

Imperatores. Principiū huius legis examina vt dixi supra eodem.l.de pollicitationibus.

Item rescripserunt. Not.textū ibi esse enim tolerabilia ⁊c.q2 ad multa.⁊ hic videtur casus ex consuetudine ius exigendi vectigal seu passagiū prescribatur.de hoc vt dixi.s̄.de publi.l.si publicanus.§.fi.

¶De varijs ⁊ extraordi.cogni. Rubrica.

1 ☞Doctoribus medicis ⁊ obstetricibus cōstituitur salarium officio iudicis.
2 Medicus etiam dicitur qui alicui parti corporis medicinam prebet.
3 Incantator non dicitur medicus nec salariū sibi constituitur officio iudicis.

Preses. Ad euidentiam nostre.l.debes scire quod h̄ tractantur multi casus i quibus iudicis officium imploratur pro constituenda mercede seu salario alicuius laboris. e ¶Nota ᵉ † quod doctoribus liberalium artiū 1 et medicis et obstetricibus constituitur salarium 2 officio iudicis. ¶Secundo nota † quod medicus ᶠ f dicitur qui alicui parti corporis medicinā ꝑbet. 3 ¶Tertio nota † quod incantator non dicit̄ medicus nec potest petere sibi constitui salariū officio iudicis.

1 ☞Pro donis que fiunt doctoribus agi potest.

An et philosophi. Querit gl'. primo quid est hoc dictum in ingressu sacramenti.dic vt in glo. ¶Secundo arguit † an pro donis que fiunt doctorib⁹ hodie possit agi.⁊ determinat glo.q̄ sic. videt̄ esse promissum: ⁊ salariū promissum pōt peti licite. vt l.medicos.circa fi.C.de profes.⁊ medi.nō promissum nō potest peti constitui.

1 ☞Qualiter cōsulatur librarijs notarijs ⁊ alijs qui faciunt similes artes.

Ludi

Ludi quoq3. No.q̄ magistris q̄ docent abachum hoc est artē numeri extra ordinem constituitur salariū.isti pprie sunt ludi literarij: quia cantando docēt. ¶Secundo no.ᵃ q̄d librarijs † seu tabularijs hoc est notarijs ⁊ alijs qui faciunt artes non competit officium iudicis pro eorū mercede. Sed quero qualiter eis consuletur. Respon. siquidē salariū est eis promissum agent ex promissione: al's si ille qui tales operas fecit cōsueuit locare operas suas ⁊ videtur locasse scdm suam cōsuetudinē. vt.C.loca.l.excepto.⁊ insti.loca.post prin.

1 ☞Assessores possunt petere sibi constitui salarium tempore syndicatus officio iudicis si eis nō est constitutum.

b **Sed et si comites.** ᵇ Not.q̄ hic comites ponitur id est assessores quod no.pro assessoribus q̄ tempore syndicatus possint petere † sibi cōstitui salarium ex officio syndicatus si eis non est cōstitutum salarium.

1 ☞Aduocati possunt implorare officium iudicis vt sibi constituatur salarium.

c **In honorarijs.** ᶜ Ex hoc.§.no.q̄ aduocati possunt iplorare officiū iudicis † vt eis cōstituatur salarium. Habent enim alias actiones quas dic vt no.C.de suffra.l.j. ¶Secundo no.que sunt ꝯsideranda q̄n aduocato constituitur salarium.

1 ☞Illiterati non dicūtur nec sunt aduocati.
Aduocatus vt quis sit dz studuisse per quinq3 annos: ⁊ doctor dz iurare ipsum peritum.
2 Aduocatus in causa principali q̄ non sit aduocatus in causa appellationis.
3 Procurator et tutor licet assistant cause non tamen dicuntur aduocati nec petunt salarium officio iudicis.
4 Prohibitus aduocare nō prohibet̄ in camera consulere nec aliquid gratis a iudice petere.
5 Aduocatus non dicitur qui introducit iura coram arbitratore.
Arbitramentum q̄ sit contractus trāsactionis.

